Acc. 24640

RESTAURATIEATELIER
HANDSCHRIFTENAFDELIN
UNIVERSITEITSBIBLIOTHEE

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000064827

oogle

Digitized by Google

Digitized by Google

Abregé

Du Théatre d'Abraham Ortelin du globe de la Terre

reconnu de nouveau, augmenté et purgé par un rai

sonnement géographique de Michël coignet, mathe

maticien d'Anvers.

Se trouve . . . . à Anvers à la Bibliotheque Plan

tinienne. M.D.C.XII.

Geographie,

Hydrographi


DE
BELLO
BELGICO
DECAS PRIMA
FAMIANI
STRADÆ
ROM.
SOC. IESV
ANTVERPIÆ
Typis Ioannis Cnobbari,
M. D. C. XXXV.
Cum Cæsareæ et Regiæ Catholicæ Privilegio.

Au très ſereniſſime Archiduc Albert
d'Autriche par la grace de Dieu reconnût le 2. d'août
pour l'empire Romain au pays en la Belgique Prin-
ce et gouverneur des pays bas Autrichien, etc.

Michel coignet preſente, dedie et conſacre à ſa ſereniſſime
grandeur dans toute l'étendue des mathematiques etc. et

à tous ceux qui liront ce Ouvrage en racourcy cette préfac.

Il y a Mon cher Lecteur pluſieurs Mathematiciens qui depuis
ques années nous ont préſenté quelques cartes geographiques, de toute la
die plagrimetrique de l'orbe de la terre et en ont perfectionné les gra
tes qu'ils ont mis dabord en connoiſſance publique par une deſcripti
en Vers françois et latins; cet Ouvrage ſera d'une très grande utili
à toutes perſonnes de quelque etat ou profeſſion qu'elles ſoient, faiſant voi
e annuel dans les pays etrangers et les plus loingtains de la
ainſi ne voulant pas ſeulement à leurs decouvertes des pays dont ſe
e donner la connoiſſance particuliere, le même auſſi ma

matiçien leur présente son Théâtre du monde.

Ce petit poli ouvrage a enfin paru de nouveau par la suite en divers Editions publiques, toujours changé et augmenté de differens arrangemens faits en differents païs qui ont été formées sur le même auteur et des descriptions nouvelles des provinces particulieres de l'europe; et c'est ainsi que plusieurs autres auteurs particuliers ont donné par son consentement le nom d'abregé de Theatre du monde par abraham Ortelius. dès que jean Keerberg imprimeur à anvers eût appris la mort du même auteur lorsqu'il imprimoit le livre des sciences et des beaux arts en tout genre, il en imprima une seconde edition qu'il enrichit de tous les nouveaux changemens faits par tout heureusement, comme il convient en semblables occurrences selon les tems des revolutions et inconvenus qui ont suivis et cela a ces causes qui me prie d'examiner cet ouvrage si important en toute sa prerogative en corrigeant toutes les fautes qui se trouvoient dans le traitéau sistame geographique de la premiere edition et en ménageant tout dans cette 2e edition ce que je n'ai pu suppléer; c'est pour quoi donc étant enfin à anvers j'ai revu et collationné toutes les cartes géographiques les plus nouvelles et les plus suivies du public et ayant devant mes yeux toutes les descriptions géographiques du très sçavant gerard marchand, qui m'ont servi d'originaux et de texte autant qu'il étoit en mon possible, je les mis en ordre et exemption tous mécomptes de la route d'un ouvrage aussi petit et en même tems curieux à l'exemple de ptolomée d'alexandrie qui a observé de son siecle et trouvé les mêmes compartimens des païs et provinces de la terre

[illegible] que plusieurs de ces cartes de provinces et autres païs marqués en icelles se


Epitome
THEATRI ORBIS TERRARVM
Abrahami Ortelij
De nouo recognita, aucta, et
Geographica ratione restaurata,
à
Michaele Coigneto
Mathem. Antuerpiano.
GEOGRA-
PHIA.
HYDRO-
GRAPH.
ANTVERPIAE, EXSTAT IN OFFICINA PLANTINIANA. M. DC. XII.

Arc. 24-3843

SERENISSIMO

ALBERTO ARCHID.

AVSTRIÆ D. MAXIM. II. AVG.

ROM. IMP. F. BELGICARVM

PROVINCIARVM PRINCIPI, &c.

MICHAEL COIGNETVS ANTVERP.

EIVS SERᵃ. CELSIT. MATHEM.

D. DED. CONSECRATQ.

Digitized by Google

MICHAEL COIGNETVS ANTVERP.
BENEVOLIS LECTORIBVS S. D.

CAndide & beneuole Lector, sunt nonnulli, qui ante annos aliquot tabulas quasdam Geographicas totius orbis terræ, & partium eiusdem in lucem edidere, quibus descriptionem earundem versibus sermone nostro vernaculo addiderant, quo peregrinantibus vsui esse possint, quemadmodum illi Geographiæ candidati, quibus neque otium neque integrũ est à laribus suis procul vagari ORTELII Theatro sibi seruiunt.

Opusculum illud postea denuo prodiit, sed auctum sanè atque mutatum, multisque nouis prouinciarum descriptionibus ex ORTELII Theatro desumptis, ornatum: vnde fit vt (de consensu ORTELII) nomen illi imposuerint Epitome Theatri mundi A. ORTELII.

Cùm verò Ioanni Keerbergio Typographo Antuerpiensi, bonarũ artium excultori, visum esset opus illud, post ORTELII decessum, typis denuò euulgare, ne tamen ex officina sua quicquam prodiret, quod omnibus suis numeris minus esset absolutum (quantum temporis opportunitas, & rei occasio id fieri patiuntur) ea propter me rogauit vt opus istud meliori trutina examinere, corrigere, & adaugere non grauarer. Quod cùm illi, vt iniquũ nihil petenti, denegare non potuerim, sumpsi hanc in me prouinciam, omnesq; tabulas Geographicas perlustraui, & correxi, præ oculis sumens descriptiones Geographicas viri doctissimi Gerardi Mercatoris, quibus in hac restauratione (quantum in hoc opere fieri potuit) pro archetypo, siue exemplari, sum secutus; non equidem ignarus quod ille, vti Ptolemæus Alexandrinus, per omnia optimam perfectissimámque seruauit normam.

Affirmare profectò non vereor, nonnullas ex prioribus istarum tabularum Geographicarum, vsque adeo inordinatè & transversim dispositas fuisse; vt loca quæ ad Septentrionem vergere debebant, ad inter medium inter Boream & Ortum vel Occasum respicere videbantur, qui proculdubio non erat tolerabilis error. Quo factum est, vt ad manum istud opus sanandum, ante omnia lineas meridianas præcipuarum Ciuitatum quæsiuimus, quibus tandem (quantum fieri potuit) easdem sub peculiari ac iusta sua mensura, tam longitudinis, quàm latitudinis reduximus. Verùm quinque priores & præcipuas Geographicas tabulas (nimirum Mappam generalem, nec non quatuor illas de quatuor mundi partibus) de nouo conficere sui coactus, propterea quod

Digitized by Google

nullo modo ad iustam mensuram reduci poterunt, quemadmodum plures etiam alias (quæ nimis extra mensuram vagabantur) de nouo delineare debui.

Istud opus igitur hoc modo ad mensurã reductum, non mediocre præstabit curioso Lectori beneficium; poterit enim perquam facile declarare in qua regione mundi prouincia aliqua siue insula (cuius in hac descriptione mentio fit, ipsi nihilominus incognita) sita sit. Quemadmodum, exempli gratia, si legat descriptionem insulæ Ischiæ, velitq; scire terram continentem cui adiacet, videbit Ischiam sitam sub latitudine 40 graduum, cum longitudine grad. fere 38, quos gradus quærens in Mappa generali inueniet prædictam insulam iacere prope Italiam, verùm postea reuoluens ad tabulas Italiæ reperiet hanc eandem insulam sitam non procul à Regno Neapolitano, &c.

Porrò beneuole Lector, quia descriptio terræ, suarumque partium in duabus consistit partibus; quarum prima Circulorum cælestium cognitionem, eorumque motum, item terræ constitutionem, ac Zonarum Climatum, atque Parallelorum enumerationem, nec non latitudinem ac longitudinem omnium orbis terrarum locorum continet, ex his addiscitur modus ad describendum in plano globi terrestris conuexam superficiem: altera verò pars historias habet, quibus omnium regionum vrbiumq;, ac earundem natura atque proprietates describuntur.

Sed quoniam partem hanc satis superque hic explanatam, expositamque reperies, propterea haud abs re primam partem assumemus, cuius libellus iste nullam mentionem facit.

Nostri igitur instituti erit breuiter hic duntaxat Geographiæ principia explicare, & quanam ratione ac praxi conuexa orbis terræ superficies in plano sit designanda: verumtamen noua mea in tabulas geographicas mathematica introductio, quam suppresso meo nomine anno à Christo nato ƐIↃ. IↃ. XCV. speculo orbis terræ de Iudæis adiunxi, laborem hunc magna ex parte subleuabit.

Cæterum candide Lector, quia pro virili nostro in eo quotidie incumbimus, vt nouas quasq;umque descriptiones hic nondum cognitas, congeramus, tuum erit, studium & laborem nostrum fauore & beneuolentia adiuuare. Et si quid apud te rarum nobisq; adhuc incognitum sit, id nobiscum communicare, vt aliquando opus istud perfectum omnibusque suis numeris absolutum proferre queamus.

Interim vale, & hic, donec maiora poterimus, viue & fruere. Antuerpiæ, mense Augusto, Anno 1601.

Digitized by Google

Minores verò, qui orbem cæleſtem in partes in æquales diuidunt.
Maiores circuli ſex ſunt, ſcilicet:

1. Æquator, ſiue æquinoctialis.
2. Zodiacus, ſeu ſignifer.
3. Colurus Æquinoctiorum.
4. Colurus Solſtitiorum.
5. Meridianus.
6. Horizon.

Horum quatuor priores in ſphæra primi mobilis fixi, immutabiles, atque inuariabiles intelliguntur.

Reliqui verò duo omni momento variantur, ſecundum diuerſum ſitum ac poſitionem hominis ſuper terræ faciem.

De Aequatore.

In ipſo cœleſti globo imaginamur circulum maximum deſcribi reuolutione globi ſuper ſuo mundano axe, à puncto in medio inter ambos polos ſito.

Qui circulus cùm ille vndiquaque omnibus ſuis partibus ab vtroque polorum diſtet, erit ea de cauſa reliquorum omnium communis menſura, & optimo iure vocatur Æquator.

Hunc Æquatoris circulum, quemadmodum & cæteros, intelligimus diuiſum eſſe in 360. partes æquales, quas vulgo gradus nominamus, quorum quilibet in 60. ſcrupulos ſubdiuiditur, & quilibet ſcrupulus in 60. alios ſcrupulos, qui ſecundæ appellantur, ac ſic deinceps.

De Zodiaco.

Solis via alium in cælo maximum circulum deſcribi imaginamur, qui vulgariter Zodiacus ſiue ſignifer nominatur; eo quod in 12. animalium ſigna diuidatur, quorum cuique 30. gradus attribuuntur, ſunt autem hæc, vt in verſu ſequenti:

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.

♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Digitized by Google

Zodiacus ad Æquatorem 23½ grad. inclinatur, & eundem in duobus punctis sibi inuicem diametraliter oppositis (Arietis & Libræ scilicet) secat, quare vna eius declinat medietas ab Æquatore ad Septentrionem, altera ad Austrum.

Poli Zodiaci similiter 23½ grad. à polis Æquatoris siue mundi polis distant.

De coluris.

Coluri, duo sunt circuli maiores, qui in polis mundi ad angulos rectos sphærales se intersecant atque diuidunt quadrantes tam Zodiaci, quàm Æquatoris.

De Coluro æquinoctiorum.

Colurus æquinoctiorum, est circulus maior per principia Arietis & Libræ pariter ac polos mundi transiens.

De Coluro solstitiorum.

Colurus solstitiorum itidem circulus maior est per initia Cancri & Capricorni, per polos mundi similiter & polos Zodiaci permeans.

De Meridiano.

Meridianus, circulus est maior per punctum verticis, quod Zenith dicitur, & polos mundi transiens.

De Horizonte.

Horizon, quem & finitorem visus quoque appellamus, est circulus maior, qui visibile hemisphærium siue superius, ab inuisibili siue inferiori dirimit; cuius polus est in puncto verticis siue Zenith. Diuersarum ergo regionum sunt diuersi tam Horizontes, quàm Meridiani, propter variationem Zenith, quod omni loco variatur secundum situm dati loci in terræ superficie, quare infiniti sunt Meridiani & Horizontes.

De

Digitized by Google

Minores circuli, globum cœleſtem non in partes æquales, ſed in maius & minus ſphæram diuidunt, horum centra ſunt ſemper in axe mundano, extra mundi centrum.

Præcipui circuli minores quatuor ſunt, ſcilicet:

Arcticus.	*Tropicus Cancri.*
Antarcticus.	*Tropicus Capricorni.*

Arcticus, circulus minor eſt, quem polus Zodiaci boreus, motu primi mobilis ſiue diurno circa polum mundi boreum deſcribit.

Antarcticus, eſt circulus minor quem alter Zodiaci polus, auſtrinus ſcilicet, circa mundi polum auſtrinum efficit.

Tropicus Cancri, eſt circulus minor, quem punctum ſolſtitiale Cancri, motu Primi mobilis, deſcribit.


Tropicus Capricorni, eſt circulus minor, quem punctum Solſtitiale Capricorni ad motum Primi mobilis efficit.

Sol enim in principio Arietis & Libræ ſub Æquatore reperitur, in cæteris verò punctis Zodiaci ab Æquatore diſtat, quæ diſtantia vocatur Declinatio ſolis; hæc maxima eſt in punctis ſolſtitiorum ad 23½ grad. fere.

Præcipuis circulis cœleſtibus deſcriptis, dico hos circulos quoque in terræ globo eadem ratione & proportione deſcribi atque diſtingui.

In eadem linea enim, quæ Axis mundi dicitur, intelligemus polos mundi & terræ extare: ſed cùm terra in medio ſita ſit, Æquatorem habet Æquatori cæleſti ad lineam ſuppoſitum. ſic & cæteros circulos atque puncta in eadem proportione reſpondere dicimus, quæ omnia ex præſenti ſchemate apparent, in quo repreſentant.

Digitized by Google



A. *Centrum mundi.*

B A C. *Axem mundi & terræ.*

B C. *Polos mundi.*

✣ ✣ *Polos in terra.*

D A E. *Æquatorem mundi, sub quo*

Θ A P. *Æquinoctialis in terra.*

F G. & H I. *Tropicos in mundi sphæra, quibus supponuntur*

Q R. & S T. *Tropici in terra.*

K L. & M N. *Circulos Polares in*

V *mundi sphæra, quibus conueniunt*

X. & Y Z. *Polares in terra.*

Hinc patet Circulos in conuexa terræ superficie sic concipi, quemadmodum illi in cœlesti sphæra describi intelliguntur.

Digitized by Google

Absolutis iis, quæ ad Geographiæ necessaria principia spectare videntur, reliquum erit indicare quamodo conuexa terræ superficies, vel eius pars, in plano sit designanda.

Ad describendum orbem terræ vel eius partem in plano, duo sunt modi, vnus ex ratione Optices, alter ex ratione æquidistantium circulorum latitudinum regionis, ad circulum Æquatoris.

Ptolemæus autem circa finem septimi lib. de Georg. addidit tertium, mixtum scilicet ex duobus prioribus.

Neoterici Geographi ex compositione Planisphæriorum, duos pulcherrimos ac certissimos modos, ad delineandum (secundum Optices præcepta) ambo hemisphæria terrestria in plano, sumpserunt;

Primus autem est Ptolomæi Alexandrini, qui librum peculiarem de planisphærij constructione, à Federico Commandino doctissimis Commentarijs illustratum, conscripsit.

Circulus Æquatoris in hac discriptione terram in duo hemisphæria dirimit, quorum vnum est Septentrionale, alterum Meridionale, habentque polos in centris circulorum.

Petrus Apianus verò in descriptione Speculi orbis terrarum, quam libro suo Cosmographiæ addidit, hanc Optices designationem secutus est, nisi quod huius Speculi delineatio vltra Æquatorem, more Astrolabij I. Stoefflerini, ad Tropicum Capricorni vsque extensa sit.

Alter modus, ex planisphærij Gemmæ Phrisij Compositione desumptus est; Anno verò 1587. prodiit ex ædibus G. Mercatoris descriptio orbis terræ, hoc modo elaborata;

Sed quamuis secundum Optices præcepta hi duo modi, perquam perfecti sunt, tamen quantum ad rationes parallelorum ad Æquatorem patiuntur hunc defectum, nempe quod in hac secunda descriptione omnes regiones circa polos mundi sitæ, semper

maiores

Digitized by Google

maiores iuſto apparent, quæ in prima, minores ſeſe exhibent.

His de Scenographiæ modis explicatis, poſtulat ordo, quo pacto ex debita proportione parallelorum ad Æquatorem, partes terræ ſuperficiei in plano delineandæ ſint, ea ſcilicet via, vt delineatio hæc quam proximè natiuæ poſitioni terreni globi reſpondeat.


Ptolemæus hoc duobus modis indicauit, quorum primò omnes Meridiani circuli rectis lineis deſcribuntur, paralleli Æquatoris, per arcus circularum: Alter modus priori perfectior ſed laborioſior, quia tam Meridiani, quàm paralleli ex circulorum arcubus conſtant.

Iuxta primum ſupradictum modum in opuſculo hoc delineauimus Europæ tabellam Geographicam, in qua meridianus medius eſt ad 40. gradum longitudinis, quare ductis parallelis 30. 40. 50. 60. & 70. graduum, capies circino ſpacium 40. graduum latitudinis, quod pones de A, in B, & ex A centro, ſemi diametro A B: conſtrue quadrantem circuli A B C, quo diuiſo in 90. gradus, numerabis à puncto B in D gradus 40. iam ducta recta D E ex D parallela, ſemidiametro B A dabit D E ſpacium 40. graduum longitudinis, in parallelo 40. graduum latitudinis. Similiter in eodem quadrante ſit arcus B F graduum 60. erit ergo recta F G (quæ radio A B æquidiſtat) interuallum 40. graduum longitudinis, in parallelo 60. graduum latitudinis, cætera, cùm ferè omnibus nota ſint, miſſa faciemus.

Alio modo meridianos atque parallelos tabulis geographicis inſcribere.

Huius delineationis praxim obſeruauimus in A F R I C Æ tabella, in qua amplitudo 50. graduum Æquatoris ſiue latitudinum, ſit in ſequenti ſchemate recta A H, quadrantis A H I, ſitque arcus H K, graduum 40. dico quod parallela K L, in præfata A F R I C Æ tabella dabit ſpacium 50. graduum longitudinis, ſub parallelo latitudinis 40. graduum, quod quærebatur.

Digitized by Google



Hydrographicę tabulæ, quibus nautæ vtuntur, habent parallelos æquales & similes Æquatori; hãc delineationem verò sequuti sumus in Asiæ descriptione, quamuis ea multos habeat defectus, in natiua regionum positione, varietatis tamen gratia, eandem quoque hic obseruare placuit.

Sed rationi magis consentaneus alius reperirur addescribendum tabulas Hydrographicas modus, quem doctissimus ille Cosmographus G. Mercator in sua magna vniuersali mappa obseruauit. Qui verò modus priori multò præstantior perfectiorque est; eò quòd hic rationem parallelorum ad Æquatorem conseruet, quam ille prior negligit; & iuxta ordinem descriptionis huius, designauimus Typum orbis terræ generalem.

Hæc sunt verò benevole Lector, quæ iam obiter de Geographiæ principijs tibi ob oculos ponere decreuimus; plura autem aliàs, Deo fauente, & latius & distinctius suo tempore dabimus, interim his fruere Ferdinando Ambrosioque de Arsenijs fratribus verò, quorum artificiosa manu, omnes hæ tabellæ æri incisæ sunt, magnoperè faueto.

Digitized by Google

VTRIVSQVE HEMISPHAERII TAM COELESTIS QVAM TERRESTRIS BREVIS DECLARATIO.

QVum legitimam ac veram tum terræ, tum eius partium deſcriptio abſque genuina Coſmographiæ, & Geographiæ cognitione fieri nequeat; non abs re videbitur, vt nonnullis definitionibus ac diuiſionibus præmiſſis, cælorum terræque conglobationem ac connexum paucis explicemus.

Coſmographia enim, mundum, hoc eſt, cælum, & quidquid eius ambitu continetur & amplectitur deſcribit.

Mundus autem bifariam diuiditur in Aetherean & Elementarem regionem.

Aetherea verò orbes ſtellarum octo diuerſos continet. Horum ſeptem priores, & terræ proximiores, ſeptem ſtellis Erraticis, ſeu Planetis attribuuntur, quorum maior minorem ſemper ſphæricè complectitur, & ſinguli hi orbes vnam tantum ſtellam circumferunt.

Octauus autem, qui & Firmamentum vocatur, continet omnes reliquas ſtellas, quæ & fixæ dicuntur.

Stellatum cælum ſeu Firmamentum complectitur ſuâ circumferentiâ omnes ſeptem planetarum orbes, ſed illud è contra cum cæteris inferioribus amplectitur, à nono cælo, quod Primum mobile dicitur, cuius continua reuolutione, omnes hi octo ſtellarum orbes, ſuper polis mundi, ab Ortu ad Occaſum, ſpatio 24. horarum circumducuntur.

Octo vero inferiores continuè ſemper in aduerſum, ſuper alijs polis (qui Zodiaci vocantur) ab Occaſu in Ortum circum voluuntur.


Cæterum quia nautæ ſolummodo vtuntur conſtitutionibus præcipuarum ſtellarum fixarum, quæ circa ambos mundi polos reperiuntur, meritò hic omittemus Planetarum ambiguos motus, tanquam illis non neceſſarios, & ſolum adiungemus duo ſchemata cæleſtia, quibus ambo hemiſphæria totius Firmamenti, ſeu cæli ſtellati ſub oculos ponemus, quorum prior omnes ſtellas Septentrionales, poſterior verò, eas quæ ad Auſtrum ſpectant, continent.

Sequuntur duo hemiſpheria cæleſtia, omnes imagines cum ſtellis fixis totius firmamenti comprehendentia.

ELE-

Digitized by Google

GLOBVS COELESTIS.



Digitized by Google

CONstat verò regio hæc ex quatuor Elementis: quorum ſupremum Ignem, proximum ante Aërem eſſe dicitur à phyſicis.

Aqua & Terra enim ſimul vnum corpus globoſum conſtituunt.

Iam quemadmodum benignis Lectoribus duobus hemiſphærijs omnium fixarum ſtellarum congeriem & ordinem ſpectando dedimus; ſimili modo totius telluris tam habitabilis quàm inhabitabilis conſtitutiones, duabus circulorum medietatibus delineare curauimus: quarum prior nouum mundum ſeu Americam, hoc eſt, Braſiliam, Peruuianam, & nouam Hiſpaniam cum inſulis his adiacentibus comprehendit, poſterior verò Orbem à veteribus cognitum & habitabilem, Europam, Aſiam, Aphricamque ſcilicet continet.

Sed quum ſingularum Regionum, Prouinciarum, Vrbium, Oppidorum, Marium, Fluminum, Inſularum Peninſularum, & aliarum, horum omnium, proprietatum, in ſequentibus deſcriptionibus mentionem facturi ſumus. Meritò ergo (totius terræ ſingular deſcriptione omiſſa) Lectores ad particularium omnium terræ partium deductiones mittemus.

Rationes autem quibus connexæ terrarum ſuperficies in plano deſignandæ ſint longum eſſet hic recenſere. Quare qui eaſdem cognoſcere percupit, conſulet ſcripta Geographica tum Ptolemæi Alexandrini, tum Neotericorum, ſed ante omnes commentaria doctiſſimi G. Mercatoris in Ptolemæi Geographiam, nec non Michaelis Coigneti Mathematici Antuerpiani librum de Introductione mathematica in tabulas geographicas, quem anno à Chriſto nato 1595 Antuerpiæ edendum curauit.

Sequitur exacta totius orbis terræ generalis delineatio.

Digitized by Google




Digitized by Google

AD PHILIPPVM II. HISPANIARVM, &c. REGEM CATHOLICVM.

CAesareas moles, atque alta palatia Regum
Ne posthac Latiũ, aut Gracia iactet ouans:
Pyramides, & aquaeductus, mira Amphitheatra.
Et Circos veteres Inclyta Roma premat;
Prisca fides fileat vasti Miracula Mundi;
Nam facium nostra ad secula, prisca nihil;
Vnus enim Hesperia Rex maximus ille Philippus
Miracla exuperans omnia, condit opus;
Non opus; at Molem qualem neque tota vetustas
Vidit, & hac aetas non habitura parem.
Nempe Duces olim parto monumenta triumphi
Victi erexerunt ambitione nova;
Atque trophaea Dijs posuerunt capta profanis.
Aut operis magni in secla perenne decus;
Religionis Apostolicae verum vnicus ille
Defensor, voti Rex memor vsque pij,
Sancti operis dudum aeternos molitur honores;
Quo maius nihil hic Maximus Orbis habet.
Is Collegium enim Augustum, & Regale dicauit.
LAVRENTI sacrum, tempus in omne tibi.
Cui certo numero praesunt Hieronymiani:
O felix Ordo, ô corda sacrata Deo.
Non est hic aliud nisi Magni Sponsa Tonantis;
Maiestate Dei terribilisque locus:
Est vbi Maiestas, & magnificentia Regis
Prodiga, inexhaustas & bene fundit opes.
Regia sic summi est ibi Principis, atq; supremi
Numinis, ô qualis gloria, quale decus?
Quis gazas, quis splendorem fando explicet omnem?
Angustum ingenium est, linguaque nostra nimis,
Quis verò Regi par, atque secundus Ibero?
Miraclum Mundi solus & ille facit.
Macte animi; porro tua tanta potentia crescat;
O Heros populi inuicte Philippe tui.
Euge autem ô felix Hispania, & euge Madrida;
Quae nisi tam magno haud Praeside tanta fores.

Digitized by Google


SCENOGRAPHIA TOTIVS FABRICÆ S. LAVRENTII IN ESCORIALI.



Digitized by Google

HÆc tabula comprehendit & exhibet totius Orbis terrarum & circumambientis Oceani effigiem, quem vniuerſum terrarum Orbem Veteres (quibus nouus nempe Orbis nondum innotuerat) in tres partes diuiſêre: in Africam ſcilicet, Europam, & Aſiam: Sed inuenta America, eam pro quarta parte noſtra ætas adiecit: quintámque exſpectat ſub Meridionali cardine iacentem. Gerardus Mercator Geographorum noſtri temporis coryphæus, in ſua nunquam ſatis laudata Vniuerſali Tabula, hunc Orbem terrarum in tres Continentes diſtinguit: Primam vocat eam, quam Veteres diximus in tres partitos fuiſſe, & vnde humanum genus originem ſumpſiſſe ex ſacris litteris conſtat: Secundam, quam hodie Americam, vel Indiam Occidentalem vocamus: Tertiam dicit terram Auſtralem, quam nonnulli Magellanicam nuncupant, paucis hactenus littoribus detectam. Hunc Orbem continere in circuitu, quo maximè patet, milliaria Germanica 5400. ſiue Italica 21600. antiquitas docuit, idemque recentior aſſerit ætas. *Atque hæ tot portiones terræ,* (vt Plinius ſecundo Natur. hiſt. libro inquit) *imo verò, vt plures tradidêre mundi punctus (neque enim eſt aliud terra in vniuerſo) hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hîc honores gerimus, hîc exercemus imperia, hîc opes cupimus, hîc tumultuatur humanum genus, hîc inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuiſque cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores tranſeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cæſpitem noſtro ſolo effodimus, vt qui latiſſimè rura metatus fuerit, vtraque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cùm ad menſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat?* Hactenus ille.

Digitized by Google



Digitized by Google

EVropæ Regiones (vt hodie eas appellamus) sunt Hispania, Gallia, Germania, Italia, Slauonia, Græcia Hungaria, Polonia cum Lituania, Moscouia, aut significantiùs Russia; & ea peninsula, in qua Noruegia, Suedia, & Gothia. Ex eius Insulis primùm occurrit Anglia, Hibernia vulgò Irlandia, Groenlandia, Frislandia in Oceano sitæ. In Mediterraneo mari habet Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Candiam, olim Cretam. Maioricam, Minoricam, Corphum, Negropontum olim Euboeum; aliasq; ignobiliores, quarum singula nomina & situm ipsa tabula exhibet. Fines eius sunt ab Oriente, mare Ægæum, Pontus Euxinus, palus Mæotis & fluuius Tanais. A meridie mare Mediterraneum & fretum Gaditanum Ab Occidente mare Atlanticum. A Septentrione Oceanus Hyperboreus, & mare Septentrionale, quod & glaciale appellatur.

Habet hæc nostra Europa, præter Romanum Imperium toto terrarum Orbe reuerendum, vltra viginti octo, si quatuordecim, quæ Damianus à Goes in sola Hispania numerat, adiunxeris, in vniuersum Regna Christiana Religione imbuta: vnde huius Regionis dignitatem æstimare liceat. Regio vltra modum fertilis, naturalem temperiem, cælumq; satis clemens habens. Frugum omnigenûm, vini, & arborum copia nullis pòst habenda, sed optimis Regionibus comparanda est: adeò amœna, cultissimisq; vrbibus, pagis & vicis exornata, vt populorum, gentiumque virtute aliis terræ partibus, etsi forma minor, tamen præstantior habeatur, atque semper habita fuerit, ab omnibus priscis Scriptoribus, cùm ob Marcedonum Imperium, tum ob Romanorum potentiam maximè celebrata. In hac sunt plurima præstantissima bonarum litterarum Athenæa seu Academiæ. Hinc nobis plurima Christianæ Religionis dignitas, Iura & leges, humanitatisque deliciæ.

Digitized by Google




Digitized by Google

HAnc veteres multifariam diuisêre: hodie verò ea in quinque partes, ſecundùm eius Imperia, quibus adminiſtratur nobis non ineptè diuidi poſſe videtur. Cuius PRIMA PARS, quæ EVROPÆ contigua eſt, & Magno Duci Moſcouiæ paret, Mari Glaciali, Obij fluuio, Kytata lacu, & linea inde ducta ad Caſpium mare, Iſthmóq; qui inter hoc Mare & Pontum Euxinum eſt, terminabitur. SECVNDA erit, quæ magno Chamo Tartarorum Imperatori obedit; cuius fines à Meridie, ſunt mare Caſpium, Iaxartes fluuius, Imaus mons; ab Ortu & Septentrione Oceanus: ab Occidente, iam dictum Ducis Moſcouiæ Regnum. TERTIAM PARTEM Ottomannorum proſapia occupat, continetque quidquid terrarum eſt intra Pontum Euxinum, Mare Ægeum, Mediterraneumque, Ægyptum, Sinum Arabicum, Perſicumque, Tigrim fluuium, mare Caſpium, & Iſthmum, quem inter hoc & Pontum Euxinum videre eſt. SVB QVARTA regnum Perſiæ, quod hodie à Sophis gubernatur, comprehendetur, habet Ottomannos ab Occidente; Magni Chami regnum à Septentrione, & in Orientem fermè ad Indum fluuium extenditur: à Meridie verò Mari Indico alluitur. QVINTA PARS ceterum obtinebit, quod Indias nunc, vti & olim, nuncupant; quæ non ab vno ſolo, vt aliæ; ſed à pluribus Regulis (nam quælibet illius Regio proprium ferè habet Principem, quorum nonnulli etiam Magno Chamo vectigales ſunt) regitur.

Non tãtùm apud omnes ſcriptores profanos hæc pars terrarũ ob primas in Orbe monarchias, vti Aſſyriorũ, Perſarũ, Babyloniorũ, Medorũque imperia, admodũ celebris eſt; ſed etiam in ſacris litteris præ ceteris illuſtris. In hac enim nõ ſolùm genus humanum à Deo Opt. Max. creatũ, ab hoſte Satana deluſum corruptũque, & à Chriſto Saluatore inſtauratũ cõſtat; ſed omnẽ ferè vtriuſque Teſtamẽti hiſtoriã in ea ſcriptã & completã legimus. Spectanda hîc eſt animaliũ diuerſorũ varietas, Aromatũ, metallorũ & gemmarũ copia. Deliciæ tãtæ ſunt, vt etiã in prouerbium venerint. Atque vt paucis dicã, terra hæc & vbertate agrorũ & varietate fructuũ & multitudine earum rerum quæ exportantur, ita nobilis, vt facile omnibus terris antecellat.


Digitized by Google



Digitized by Google

HAnc veteres multifariam diuiſerunt: hodie eam, vt Ioannes Leo Afer tradit, in quatuor diſtinguunt partes; Barbariam, Numidiam, Libyam, & Nigritarum terram. Barbariam, quam meliorem cenſent, Mari Atlantico, & Mediterraneo; Atlante monte, & Barcha regione contermina Aegypto, circumſcribunt. Numidia, quæ illis *Biledulgerid* dicitur, & dactylos producit, (vnde Arabibus non alio nomine quàm Dactylifera Regio nominatur,) Atlantico Mari ab Occidente terminatur; & Atlante monte à Septentrione: Orientem verſus excurrit ad *Eloacat* vrbem ab Aegypto centum milliaribus diſtantem; Libyæ deſerta arenoſa illi à Meridie ſunt. Libya verò tertia pars, Arabica lingua *Sarra* appellatur; quæ vox idem quod deſertum ſignificat, à Nilo ad Orientem Solem principium habet, indeque ad Mare Atlanticum verſus Occidentem pergit: Numidia illi Septentrionalis eſt: in Meridie Nigritis ſe iungit. Sequitur quarta pars, quam Nigritarum terram vocant, nomine aut ab incolis, qui nigro colore inficiuntur, ſiue à flumine Nigro, qui hanc Regionem lambit, ſumpto: Hæc habet à Septentrione Libyam; à Meride Oceanum Aethiopicū: ab Occidente Gualatæ, & ab Oriente Goagæ Regnū. Aduertendū, hoc modo vniuerſam Africā Mari Mediterraneo, Atlantico, Aethiopico, & Nilo flumine conſtringi: vnde & Aegyptus & Aethiopia, Aſiæ aſcribuntur; quas tamen proprie Africæ annumerandas ducimus. Vera namque Aethiopia hodie Presbyteri Ioannis Imperium (quod ad omnibus neotericis Africæ tribuitur) continet. Nos itaque cum Ptolomæo potiùs mari Mediterraneo & Oceano, quàm fluuio circumſcribi oportere iudicamus, habebitque Peninſulæ formam; Iſthmo, qui eſt inter Mare Mediterraneum, & Sinum Arabicum, Aſiæ iunctam. Huius pars Meridionalis veteribus incognita permanſit, vſque ad annum M. CCCC. XCVII. quo Vaſco de Gama primus Promontorium Bonæ ſpei prætergreſſus, Africa circumnauigata ad Calecutium peruenit, viamque primus Europæis commonſtrauit ad Indias Orientales. Hæc pars à Perſis Arabibuſque *Zanzibar* dicitur.

Digitized by Google



Digitized by Google

TOtum hoc Hemiſpherium (quod America, atque ob immenſam ſuam amplitudinem, Nouus orbis hodie vocatur) veteribus incognitum manſiſſe vſq; ad annum à Chriſto nato M. CCCC. XCII. quo primùm à Chriſtophoro Columbo Genuenſi detectum fuit, humanæ admirationis modum excedere videtur. Conſiderata namque cùm antiquorum in deſcribendo terrarum Orbe diligentia, & ampliſsimorum Imperiorum ad perquirendas Regiones commoditate opportunitatéque; tum humani generis dira atque inſatiabili auro atque argento inhiante cupidine nihil non tentante, quò ijs potiatur quibus hæ Regiones incredibili copia abundant; tam diu potuiſſe noſtro Orbi latere, non ſemel mirati fuimus. Poſt Columbum Americus Veſputius Florentinus auſpicijs Emanuelis Regis Luſitaniæ idem tentauit, & Anno M. CCCC. XCVII. die xx. Maij ſoluens è Gadibus (vulgo *Calis Malù*) oram illam omnem, quæ eſt vltra Æquatorem ſita, primus detexit, quæ abipſo AMERICA appellata eſt. Sunt qui hanc Continentem à Platone ſub nomine Atlantis deſcriptam opinentur; inquitque Marinæus Siculus in Chronico ſuo Hiſpaniæ, hic nummum antiquum Auguſti Cæſaris effigie inſignitum, in aurifodinis inuentum eſſe, miſſumque in rei veritatem ſummo Pontifici, per D. Ioannem Ruſum, Archiepiſcopum Conſentinum.

Tota hæc Orbis pars hodie circumnauigata eſt, præter eum tractum, qui Septentrionem aſpicit, cuius littora nondum perluſtrata ſunt. A Septentrione in Meridiem deſcendit ſub forma duarum Peninſularum, quæ tenui Iſthmo diſcernuntur. Ea Peninſula quæ Septentrionalior eſt, Nouam Hiſpaniam, Mexicanam prouinciam, Terram Floridam, & Terram Nouam comprehendit. Meridionalior verò (quæ Terra firma Hiſpanis vocatur) Petuuiam, Braſiliamque continet. America frumento initio & vino caruit. Sed neque boues olim habuit, neque mulos, neque aſinos, neque oues, capras aut caues. Sed his & alijs eum nunc Europæi, ditiorem fecêre.

Digitized by Google



Digitized by Google

ANGLIA.

BRitannia omnis, quæ hodie Anglia & Scotia duplici nomine appellatur, & duo regna in ſe continet, totius noſtri Orbis Inſula maxima eſt; Oceano, mari Germanico & Gallico ambitur. Cuius pars maxima, & Auſtralior, nunc Anglia, ab Anglis Germaniæ populis qui eam occupauerunt ſic vocata, proprium habet Regem, & in triginta diuiſa eſt Conuentus, quos Comitatus vocant. Hi Comitatus in ſeptemdecim diuiſi ſunt Pontificales Iuriſdictiones, quas Græci dicunt Diocœſes. Hæc autem Anglia ab Ortu & Auſtro terminatur Oceano; ab occaſu ſolis Wallia & Cornubiæ finibus; à Septentrione Tueda flumen eſt, quod diſcriminat eam à Scotis. Terra eſt frugifera, pecore maximè abundans: quò fit, vt incolæ quaſi plures pecuarij quàm aratores ſint; quòd magis fermè pabulo quàm aruo colendo ſtudeant; ſic vt tertia propemodum terræ pars tantùm pecori relicta ſit inculta. Regio eſt quocumque anni tempore temperatiſsima, atque cæli nulla grauitas, adeò vt rari ſint morbi, & inde minor Medicinæ vſus quàm alibi. Terræ motus hîc ferè nunquam. Fulmina admodum rara. Solum eſt fœcundum; Sed vinum tellus non gignit. Pro vino cereuiſia in vſu eſt. Colles paſsim multi, nullis arboribus conſiti, neque aquarum fontibus irrigui, qui herbam tenuiſsimam atque breuiſsimam producunt, quæ tamen ouibus abundè pabulum ſuppeditat; per eos ouium greges candidiſsimi vagantur; quæ, ſeu cæli, ſeu bonitate terræ, mollia, & lõgè omnium aliarũ Regionũ tenuiſsima ferunt vellera. Hoc vellus verè aureum eſt, in quo potiſsimũ inſulanorum diuitiæ conſiſtunt: nam magna auri & argenti copia à negotiatoribus eiuſmodi imprimis coëmendæ mercis gratia, in Inſulam quotannis vndique apportatur. Canes præſtantiſsimos veroſque Moloſſos habet. Piſcium omnis generis copia redundat. Oſtrea non alibi delicatiora, nec plura. Fert aurum, argentum, ſtannum longè præſtantiſsimum, plumbum, & ferrum; ſed eius exigua copia.

Digitized by Google

ANGLIA.




C

Digitized by Google

PLurima habet hæc Scotia miranda, quorum partem ex Hectore Boëtho Historico collegimus. In Gallouidia lacus est *Myrtoum* dictus, cuius vna pars aliarum aquarum more gelu hyeme concrescit, altera nullis frigoribus congelari potest. Sunt in Caricta regione ingentis magnitudinis boues, quorum caro tenera suauisque esui est; ceterùm pingue numquam concrescit, sed olei liquidi instar semper fluens. Oceanus huius littora alluens, dines est ostreis, halecibus, congris, conchis, alijsque id genus piscibus maximè saxatilibus. In Coyl prouincia haud plus decem millibus passuum ab Aër opido, saxum est duodecim vix pedes altum, extensum 33. cubitorum spissitudine, haud immeritò ab incolis Surdum appellatum. Nam quatuuuis ingentem strepitum sonitumque vel etiam bombarda edas ab vno latere, ex aduerso haud exaudiri queat, nisi quam remotissime absis; tum enim sonus facilè percipitur. In Lennos, quæ Ptolemæo Lelgouia dicitur, lacus est longè maximus, *Loumond* vernaculè dictus: supra 24. milliaria in longitudinem extensus, octo in latitudinem. Triginta insulas complectitur, quarum pleræque vicis frequentibus habitatæ, templa sacellaque Diuis dicata habent. Tria in hoc memoratu digna reperiuntur. Nam pisces illic esui humano suaues pinnis carent. Lacus interdum nullo flante vento ita immensè concitatur, vt vel audacissimos nautas, quò minus soluant, deterreat. Vnde vento cessante, naues medio cursu correptæ, cum maximo discrimine iactantur: & nisi portus quispiam fortè propinquus adsit, plærumque euertuntur. Denique est insula quædam gregibus armentisque pascendis vber, sed quæ natans fluctuansque, quo venti impellant, huc illuc feratur. Constans fama est, lapidem in Argadia nasci, qui si paulo diutiùs stramentis stupisve supponatur, incendium faciat. Ad Slanis (castelli nomen est in Butquhania) antrum est admirandæ naturæ. Aqua enim in id instillans tractu temporis in candidissimos conuertitur lapides; ac nisi certo annorum curriculo eximerentur, olim iam oppletum illis fuisset. Nullus in hac regione mus maior conspicitur; nec si inportetur, vitam illic ducere potest. In Fifa regione effoditur ingenti numero lapis niger, alendo igni supra modum accommodus. Ad Ostium Fortheæ fluminis in medio mari altissimus scopulus est, ex cuius summitate fons aquæ dulcis largissimè, admirando naturæ miraculo, scaturit. Ab Edinburgo Vrbe Regia plus minus duobus passuum millibus, fons cui olei guttæ innatant, scaturit, ea vi, vt si nihil inde collegeris, nihilo plus confluat; quantumuis autem abstuleris, nihilo minus remaneat. Valet hoc oleum contra varias cutis scabrities. Hactenus de his. Habet Scotia in regione Drisdalia auri fodinam, in qua etiamid quod vulgo Lazurum dicitur, inuenitur. Habet ferri & plumbi quoque mineras.

Digitized by Google



Digitized by Google

HIBERNIA.

Hibernia terra inæqualis est, & montosa, mollis & aquosa, siluestris & paludosa. In summis & aëriorum arduorumque montium verticibus stagna reperies & paludes; planities tamen habet per loca pulcherrimas, sed respectu siluarum modicas. Gleba præpingui, vberique frugum prouentu felix terra est. Pecore montes, nemora feris abundant; pascuis tamen quàm frugibus, gramine quàm grano fœcundior est insula. Tritici namque grana contracta sunt hîc & minuta & vix alicuius vanni beneficio purganda. Quod Vergignit, Aestas nutrit, vix in messe pluuialis aquositas colligi permittit. AEolicis namque flatibus, & pluuialibus inundationibus præ alijs terris hæc exuberat. Melle & lacte dives est insula. Solinus & Isidorus eam apibus carere asserunt; sed salua ipsorum venia, circumspectiùs è diuerso scripsissent, vineis eam carere, & apum expertem non esse. Vineis enim semper caruit, & caret insula. Apes quidem, sicut aliæ regiones, hæc mellificas habet: in maiori tamen, vt arbitror, copia scaturirent, si non amaras, quibus siluescit insula, fugerent examina taxos.

Gens huius insulæ ad Septentrionem habitans laneis tenuiter vtitur nigris, (quia terræ istius oues nigræ sunt) & barbaro ferè ritu compositis. Caputijs modicis assueti sunt, cubito tenus protensis. Sellis equitando non vtuntur, non ocreis, non calcaribus; virga tamen, in superiori parte camerata, tam equos excitant, quàm ad cursus inuitant. Frenis quidem vtuntur, tam chami quàm freni vice fungentibus; quibus & equi semper herbis assueti, à pabulis nequaquam impediuntur. Nudi ferè & inermes ad bella procedunt. Tribus tamen vtuntur armorum generibus, lanceis longis, iaculis & securibus. Gens agrestis summas reputat delicias labore carere, & summas diuitias libertate gaudere. In Musicis tamen instrumentis, ac Lyræ præsertim Dauidicæ pulsù commendabilem inuenio gentis istius diligentiam. Crescit in hac Insula lignum simile ligno Sethim, quod nec vermes arrodunt, nec aranea telis suis obducunt. Neque sunt in ea serpentes aut alia venenosa animalia; quod quidam naturæ beneficio, alij D. Patricij Hiberniæ Apostoli meritis ascribunt. Vide Bedam in Historia gentis suæ. Ex hac plurimi in Germaniam & Galliam Viri sancti, Euangelicæ prædicationi ergò, transierunt, vt meritò insula Sanctorum olim audierit.

Digitized by Google




Digitized by Google

HAec Tercera vocatur, quòd tertia ſit ordine, ex Hiſpania venientibus. Dico tertiam, ex ijs quas *Açores* Hiſpani, *Vlaemſche eylanden* noſtrates vocant. Inſula eſt altitudine graduum xxxix. milliaria quindecim aut xvi. complectens, frumenti & fructuum fertilis, neque vini omninò ſterilis licet tenuioris, quod proinde neque exportatur, neque lautiores vtuntur, præferentes Canariæ & Maderiæ vina. Ex bubus maximum Inſulanis lucrum. Hi cornuum prolixitate & pulchritudine omnes Europæ boues longè excedunt. Eſt frequens vbique Cedrus, adeò vt carros & naues ex eo ſtruant, & focum alant. Magnus incolis prouentus ex rubia, quam tinctorum cognominant, qua panni colore rubro inficiuntur. Eius hîc magna vbertas, imprimis circà loca quæ vulgo *Los Altares* & *Folladores* appellant.

Primaria vrbs eſt Angra, cum promontorio ſeu propugnaculo munitiſsimo, dicto *Brazil*. Hanc inſulam Hiſpani à noſtro Seruatore IESV, *Iſola del buen* IESV, quoquè cognominant. Naues mercibus Indicis onuſtæ, in reditu vt plurimum ad has accedere ſolent, priuſquam Vlyſsiponam aut Gades appellant. Exactionem huius Inſulæ deſcriptionem pete à Ioanne Hugone à Lincſchoten.

Digitized by Google



Digitized by Google

Diuiditur Hiſpania in tres Prouincias; Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem. Bætica à Septentrione clauditur Ana fluuio, ab Occaſu habet eam Atlantici Oceani partem quæ eſt inter oſtium Anæ, & Fretum Herculeum; à Meridie mare Balearicum; quod eſt inter Fretum Herculeum, & Charidani promontorium, quod vulgò appellari dicunt *Cabo de Gata*. Ab Oriente terminatur linea ducta ab hoc promontorio per Caſtulonem ad Anam fluuium. Dicta eſt Bætica à Bæti fluuio memorabili, qui prouinciam totam interſecat: qui ortus in ſaltu Tygenſi, decurrit in Oceanum Atlanticum: atque hodie vocatur vocabulo Arabico *Quadalquibir*, quod ſonat Fluuium magnum. Hæc Prouincia poſterius à Vandalis habitatoribus Vandalitia dicta, hodie quoque corrupto vocabulo Andaluſia dicitur. Luſitania habet à Septentrione Durium fluuium, ab oſtio ipſius vſque ad pontem, qui eſt contra Septimancas: ab Occaſu eam Atlantici Oceani partem quæ eſt inter oſtia Anæ & Durij fluuij: à Meridie Bæticam: ab Oriente terminatur à Tarraconenſi, linea ducta ab Oretania veteri, vſque ad pontem qui habet è regione Septimancas. Luſitania habet nomen à Luſo Liberi Patris filio, & Lyſa eiuſdem Liberi ſocio, cum Luſo Bacchante: vnde nunc à Luſo, Luſitania; nunc à Lyſa Lyſitania dicitur. Reliqua Hiſpaniæ pars pertinet ad Tarraconenſem prouinciam, quæ à Tarracone ciuitate nomen accepit, eius prouinciæ Metropoli ciuitate ad excipiendas Principum peregrinationes, vt inquit Strabo, egregiè nata: & in qua Imperatores iuriſdictionem agitabant. Complectitur hæc regio Murciæ regnum, & Valentiæ, & Aragonum cum Cathalonia, Caſtellam veterem, Nauarræ regnum, Portugalliam Interamnem, Galleciæ regnum, Aſturias, totamque Cantabriam.

Tria memoranda vulgari nobilitantur prouerbio apud Hiſpanos, (vt Nauagierus ſcribit;) Pons cui aqua ſuperfluit, cùm ſub pontibus ceteris ſoleat manare, aquæ ductum Segouiæ innuentes. Ciuitas igne circumdata; Madritum ſignificantes, cuius muri ex ſilicibus conſtant. Pons in quo continuè decem millia pecorum paſcuntur, quo *Guadianam* fluuium denotant, qui ſe ad ſeptem milliaria ſubter terram immergens, denuò erumpit. Habet Hiſpania Duces XXIII. Marchiones XXXVI. Comites L. Archiepiſcopos X. Vna Toletana Eccleſia CC. millia ducatorum annua poſſidet. Academiæ illuſtres ſunt VII. Plura de Hiſpania qui volet conſulat Damianum à Goës & alios.

Digitized by Google



Digitized by Google


HOdie hanc Insulam Hispani *Cadiz*, & corruptè *Caliz* vocant. Nostrates nescio qua ratione *Calis malis* cognominant. In minore Gadium fuit oppidum; in Maiore Iulia Gaditana Augusta; quæ anteà, vti ex Strabone videtur, Neapolis dicebatur. Hanc hodie *Cadiz*, vti insulam, vocant. Episcopalis hæc hodie vrbs, cuius Præsul etiam Algezitæ titulum possidet.

A Tyrijs Phœnicibus hanc insulam ab initio nauigatam & excultam, ex antiquissimorum scriptorum monumentis palam est. In hac Geryones postea habitasse à quibusdam existimatur, cuius armenta Hercules Aegyptius vel Tyrius abduxerit. In altero eius cornu, huius Herculis templum fuit; conditoribus, religione, opibus, & vetustate illustre. Cur sanctum sit (inquit Mela) ossa eius ibi sita efficiunt. In altero Saturni templum fuisse, Strabo auctor est. In Herculis templo hoc, Alexandri Magni imaginem conspexit Cæsar, referente in eius vita Suetonio. Erat & fons ibi potui aptus, qui contrario affectu, sub exundatione maris deficiebat, & eodem defluente implebatur. In eodem templo æreas columnas octo cubitorum fuisse, idem tradit, quibus inscriptus erat sumptus factus in templi exædificationem. Iunonis fanum ibidem quoque agnoscit idem, ex Artemidoro. Senectutis etiam templum, item Mortis, in ea describit Dionysius, & idem aras Anno, Mensi, Arti & Paupertati positas. Herculis columnas in hac ostendi tradit Isidorus, & nasci in ea arborem, similem palmæ, cuius gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

Incolæ nauigandi peritia olim claruêre atque ab hac auita marium perlustrandorum ratione minimè hac nostra ætate degeneraht. Præcipuus autem eorum quæstus ex salis confectione, & thynnorum constat piscatione; eorum enim hîc solennis captura. Hos frustulatim dissectos, & sale conditos, atque in cadis repositos, per omnem ferè Europam venales distribuunt.

Hanc insulam, extremum versus Occasum noti orbis terminum, credidit antiquitas; Solemque hic ex diurno labore fessum, Oceano se immergere atque requiescere; vnde *Solisque cubilia Gades*, apud Statium. Nautæ nostrates etiamnum hodie huius insulæ promontorium versus Occidentem (quod ab incolis S. Sebastiani vocatur) *Het eynde der vverelt* nominant, quasi dixeris, Mundi vltimam metam. Distat insula à continenti DCC. pedibus. Fretum quod inter Hispaniam & Mauretaniam est, ab his Gadibus dicitur Gaditanum; ab Hercule Herculeum.


Digitized by Google



Digitized by Google

GAllicia, quæ quondam Gallæcia & Callæcia dicta est, hodie regni titulo gaudet, sed vt plurimùm, sub generali regni Castiliæ nuncupatione cõprehẽditur. Lõgitudo, & Latitudo eius, quâ maxime patet, triginta quatuor Leucas seu milliaria non excedit multis in locis saltuosa, ac montibus aspera regio est; vnde prout in vallibus pecore, ita in saltibus feris ad venationem abundat: & præ ceteris optimorum piscium copiâ ita pollet, tam marinorum, quàm fluuiatilium, vt magnâ ex parte suppleat aliarum in Hispaniâ Prouinciarum hoc in genere indigentiam. Cœlo fruitur temperato & salubri, quare & fructuum, præcipuè malorum aurantiorum, citreorum, & limoniorum selectissimi generis summa ibidem est abundantia. Vina etiam huius regni cum præstantissimis Europæ de bonitate certant, & in primis Aurienſe, & Ripadauienſe. Calidis etiam fontibus scatet, qui morbis varijs salutarem medicinam præstant. Portus in littore plusculos habet, interque eos celebertimum, qui Brigantinus quondam dictus, nunc *Corunna* nomine appellatur, nam & capacissimus, & tutissimus habetur. Byssi etiam atque lini copia non deest, quondam etiam auri argentique fodinas habuit, è quibus tantam fere summam quotannis Romani quantam nunc ex Indiâ Hispani, quondam colligebant. Celebritas huius regni magna est propter corpus S. Iacobi Apostoli, quod in Compostellâ Archiepiscopali ciuitate quiescẽs, miraculisque inclytum, summâ peregrinantis populi pietate frequentatur. Metropolis, quatuor suffraganeas habet ciuitates, Tudenſem, Aurienſem, Lucenſam, & Glandomyrenſem, *Mondognedo* vulgò dictam. *Baiona* portus Anglorum commercijs frequentatur qui eò loci pannorum magnum numerum conuehere, & distrahere solẽt. Olim fines huius regni latius patebant, & Lusitaniam versus Durio flumine terminabantur, hodie propter temporum & regiminis frequentem murationem, astrictiore limite contentum est.

Digitized by Google



Digitized by Google

ANDALVSIA.

HIspalensis Ecclesiæ Diocœsis ea Hispaniæ Prouincia continetur, quæ cunctas diuite cultu & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit: Bæticam veteres à Bæti fluuio, recentiores VVandaliciam, à VVandalis eam posteriori sæculo occupantibus, vocarunt. Cuius quidem conuentus omnium Regionum atque conuentum Hispaniæ, cùm frequentia & ciuilitate populorum, tum diuitijs, & beata rerum omnium copia felicissimus iure censetur, fidem etiam addentibus Græcorum carminibus, qui Elysias amœnitates & delicias huic tractui adfingunt, qui Oceano occiduo obiectus est. Longè lateque patet hoc territorium in ducenta fermè egregia opida, vicis quamplurimis non annumeratis, vt vnus hic conuentus pluribus opidis iuridicis nunc sit, quàm omnes quatuor simul in ea prouincia fuere: quos auctore Plinio CLXXV. tantùm iura dedisse constat: Nam quota pars hæc fuerit; si centum pagorum millia accenseantur quæ à Ferdinando Rege in Hispalensi agro, quem Axrasium Arabes vocarunt, cum ipsa vrbe in fidem recepta sunt; Sed ea expulsis Barbaris magna ex parte desolata sunt: limites autem vt ab antiqua conuentuum descriptione multum recessere, ita ad Vambæ regis formulam cunctis Hispaniæ Ecclesijs præscriptam propius accedunt: habet enim hæc Diocœsis ab Ortu Cordubense territorium, ab Occasu Algarbiorum fines; quà Septentrionem spectat, eam Lusitaniæ ditionem attingit, quæ dicti Iacobi magistratus appellatur; cetera verò Meridiem versus Gaditano conuentu, & Oceano clauditur. Opida in ea præcipua quamplurima sunt, imprimis ipsa vrbs regia *Hispalis*, hodie vocant *Sevillam*, amplissimo atque amœnissimo situ, & pulcherrimo murorum ambitu ad Bætis oram posita. Figura vrbis rotunda est, ædium pulcherrimarum frequentia exculta. Huc ex varijs mundi plagis, potissimum verò ex India Occidentali mercimonia adferuntur. Superioribus hisce annis viginti quatuor ciuium millia censa sunt familiam alentium. Bætis ex saltu Tygensi ortus, & egregia adoptatæ prouinciæ vrbes præterlapsus, iam inde ab hac illustrissima Colonia olim Romulea cognominata, nauigabili & piscoso alueo ad Gaditanum Oceanum per sexaginta passuum millia decurrit, ripis vtrimque oliuetis, vineis, & mira hortorum amœnitate florentibus, & iucundissimo citriorum odore fragrantibus.

Digitized by Google



D


Digitized by Google

AB vrbe Valentia, totus hic tractus tanquam ab vrbe primaria nomen habet, comprehenditque Veterum Hedetaniam, Conteſtaniam, & partem Ilercaonum. Ab ortu Mediterraneo mari alluitur: ad Boream, vicinum habet Arragoniam; ad Occaſum, vtramque Caſtiliam; ab Auſtro Murciam. Regni titulum hæc regio accepit, circa annum ſalutis ſeptingenteſimum & octuageſimum octauum, vt mihi auctores ſunt, Petrus Methinenſis, & Petrus Antonius Beutherus.

Duo, præter cæteros, ſunt montes in hoc regno: alterum Mariolam nominant, alterum Pennam goloſam, (Rupem cupedinariam Latinè dicerei) ad quos magnus Herbariorum Medicorúmque aliundè confluxus: ſtirpium namque herbarúmque rariorum in ijs magna copia. Habet & argenti fodinam, qua Valentia Tortoſam itur, in loco Buriol dicto. Lapides reperiuntur aurei venis lineoliſvi interſtincti, in loco qui Aioder nominatur. Ad promontorium Finiſtrat ſunt ferri minerę, item iuxta Iabea locum. Circa Segorbiam lapidicinæ veſtigia: vnde marmora Romam olim deuehi ſolebant. In Picacent alabaſtrum effoditur, & paſſim alumen, rubia calx & gypſum, in magna copia. Sed maximus regionis prouentus ex fictilibus, quas ipſi porcellanas nominant; an veteribus murrhina ſint, incertum. Hæc tam adfabre & tanta elegantia pluribus in hoc regno locis elaborant, vt cum præſtantiſſimis Italiæ (quorum tanta eſt apud omnes exiſtimatio) de præſtantia contendere, non reformident.

Inter regni huius vrbes Valentia primaria eſt, & Epiſcopalis ſedes: cuius Epiſcopum habere annuè tredecim millia ducatorum aureorum, teſtes ſunt Marineus Siculus, & Damianus Goëſius. Coloniam Romanam hanc vocat Plinius, tribus millibus paſſuum remotam à mari, vt idem prodit. Hanc priſco æuo Romam appellatam à Rom. Hiſpanorum Rege, Annius ex Manethone, & Beutherus ex Annalibus tradunt. In antiqua inſcriptione nominatur, COLONIA IVLIA VALENTIA. Romæ nomen retinuiſſe, addit item Beutherus, donec eam Romani ſibi ſubiugauêre. Hi eam ampliſicatam & nobilitatam, Valentiam nuncupauerunt, vocabulo idem ſignificante.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRincipatus Catalonia aëre gaudet temperato, præcipuè circa maritimam quæ ad Austrum spectat, oram: eâ tamen parte quâ Septentrionem respicit frigora & niues magis inualescunt. Regio potissimâ sui parte montibus & collibus assurgit, quos arbores & virgulta vestiunt gratissimo aspectu, quia & fertile solum est, & fontium ac riuulorum irrigantium fluminúmque ibidem magna frequentia est: vnde accidit, vt & feris siluæ, gregibus & armentis pascuæ, & fluuij piscium vario genere abundent. Vini autem, olei, frumenti, ac fructuum ea copia est, vt hac in parte nulli Prouincia palmam concedat. Auri argentiq; vena non desunt, vt & aliorum metallorum, præcipuè autem ferri, quod præstantissimum totius Hispaniæ hic habetur. Circa montem Senium venæ Amethisti nuper repertæ sunt, alibi crystallus effoditur & maris illa ora corallum profert, alibi etiam Sardæ & Iaspidis vario colore insignis, & circa Tarraconam ac Beudã Parij, Lucullæi, Ophitidis, & Porphyritidis marmorum genera non desunt, effoditur & alabastrum pellucidum, è quo fenestras admittendo lumini componunt. Populus fide Catholicâ religiosè conseruandâ insignis est, nam & sanctis plurimis prouincia claruit, inter quos recenti memoriâ Raymondum de Pegnaforte ordinis D. Dominici Clemens octauus P. M. sanctorũ catalogo asscripsit. Sex habet Vniuersitates siue Academias, Lanificium ibi floret, vt & aliæ artes mechanicæ studiosè exercentur. Alit regio fortes, & singularis indolis viros, vnde & multis ducibus, qui bellicis artibus & victorijs claruerunt, nobilitata est, nam & multa ab omni æuo hic locorum illustria facinora bello patrata legimus, præliaq; varia habita inter Cartaginienses, Romanos, Gothos, Saracenos seu Mauros, Gallos, & Comitem ipsum Barcinonæ, quæ vrbs maritima caput Principatus huius est, cuius auctorem Herculem Aegyptium fuisse ferunt, sita est incolle olim Taber dicto, in cuius vertice quondam horti pensiles erant magnis columnis suffulti, locum nunc Paradysum vocant. Ornatur insigni ecclesiâ Cathedrali, Officio S. Inquisitionis, Senatus regij Concilio, & illustri omnium scientiarum Gymnasio, hortis amœnissimis citreorum & aurantiorum malorum tamquam lucis abundat, perennibusq; fontibus. Muro duplici, & propugnaculo siue mole insignis artificij nauibus, & incolis portum vrbemq; securam præstat.

Digitized by Google



Digitized by Google

GALLIA.

QVicquid terrarũ à Rheno per Oceanũ, Pyrenæos montes, mare Mediterraneũ, & Apenninum montẽ vſque ad Anconã clauditur, cõmuni appellatione Gallia Latinis appellatur. Pyrenæis enim iugis ad Occaſum includitur, & ab Hiſpania ſecluditur, Ad Septẽtrionẽ & Boreã, Gallico Britãnicoq; Oceano; Ad Orientẽ autẽ Solẽ, Rhenus illi paribus penè ſpatijs & Alpibus in Oceanũ, quibus Pyrenæũ iugũ ex interno mari ad externum procurrit: quà Meridiem ſpectat, Narbonẽſe illi protẽditur pelagus. A cãdore autẽ populi nũcupata eſt Gallia. Nã mõtes & rigor cæli, ab ea parte Solis ardores excludũt; quò fit, vt cãdida corpora non colorẽtur. Hinc Græci Gallos, Galatas vocãt, propter lacteũ gẽtis colorẽ: γάλα enim eis eſt quod nobis lac: à quo nomine Latini Gallos deflexêre; eorumq; regionẽ in Cĩſalpinã & Trãſalpinã diuiſêre. Ciſalpinã dixerũt, quã hodie ferè cõmuni vocabulo Lõbardiã vocamus, quæ Italię pars eſt: Trãſalpinã, quę his quinq; metis, Rheno nempe, Oceano, Pyrenęis mõtibus, Mediterraneo mari, & Alpibus finitur. Hãc Galliã, Cæſare in ſuis Cõmentarijs teſte, veteres triplicẽ fecêre; Belgicã, Celticã, & Aquitanicã. Belgicã, quę Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus ĩcluditur, hodieq; maiore ex parte lingua Teutonica (alij Cimbricã vocãt, à qua nõ niſi dialecto differt) vtitur, & Germania inferior vocatur. Celticã ſiue Lugdunẽſem, quæ Garũna, Matrona, Sequana, & Rhodano fl. cõtinetur. Hęc nũc Frãcia dicitur. Celtę enim à Frãcis Germanię populis ſubacti, Fráci Occidẽtales cœpêre dici, à quibus ipſa prouincia denominatur. Aquitanicã, quæ à Garũna ad Oceanũ, & Pyrenæos mõtes extẽditur. A Circio verò Septentrionali vẽto, Occidentẽ verſus Oceanũ habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniã, à Septẽtrione Lugdunẽſem prouinciã, à Meridie Narbonẽſem: corporibus hominũ, & lingua à ceteris differt, hodieq; Gaſconia dicitur. Galliæ fl. celebriora ſunt, Garumna, Ligeris, Sequana, & Rhodanus. Vnũ regẽ habet, cuius filius primogenitus regni hæres, Delphinus Frãciæ appellatur. Ducatus habet 18. Archiepiſcopatus 17. Epiſcopatus 108. præter Abbatias penè innumerabiles. Solũ Galliæ fertilitate, amœnitate, cæli ſalubritate & tẽperie nulli Europæ parti cedit.

Digitized by Google

GALLIA.




D 4

Digitized by Google

GAſconia alio nomine Nouem populana appellata eſt. Inter reliquas eius vrbes *Burdegala* & *Toloſa* facilè principem locum tenent. Burdegala vrbs vetuſta & egregia eſt, ſita in paludibus quas exundans Garumna fl. efficit; ornata tum Parlamento, tum Archiepiſcopali ſede, tum inſigni Academia, in qua omnium artium & ſcientiarum Profeſſores iuuentutem inſtituunt, ita vt verè dici poſſit Muſarum domus, aut potiùs honorum omnium copiæcornu. Nihil enim eſt in cæteris vrbibus commendatione dignum, quod iſta non abundè poſſideat: ſiue annonæ vilitatem ſpectes, ſiue armorum gloriam, ſeu negociationis ac mercaturæ frequentiam, atque in primis literrarum ſtudia. Exſtant iſtic adhuc præclara antiquitatis monumenta; in quibus eſt Tutelæ Palatium, quod Belleforeſtus vrbis Genio Diuiſque Tutelaribus olim dedicatum fuiſſe arbitratur. Aliud extra vrbem conſpicitur, quod Galieni Palatium vocant; fuit id haud dubiè amphitheatrum ouali figura conſtructum. Toloſam tradunt nonnulli multis annis ante bellum Troianum ædificatam fuiſſe; alij Deboræ prudentis illius feminæ Iudaicæ temporibus conditam volunt: vt vt ſit, multa iſtic ſuperſunt veſtigia Romanæ antiquitatis. Ager ſuburbanus, opimus eſt ac fertilis, abundans rebus omnibus ad victum humanum neceſſarijs. Nobilis eſt hæc ciuitas Gymnaſio quod habet tota Europa celeberrimum; ac ſupremo Senatu, quem Parlamentum vocant, nec non Seneſcalli Curia. Hanc natale ſolum DECIVS AVSONIVS poëta habuit, qui patriam ſuam verſibus, breuiter quidem, ſed elegantiſſimè celebrauit.


Digitized by Google



Digitized by Google

*BRitannia, quæ olim Aremonica, terminatur ab Oriente Cenomanis, à Septentrione mari Britannico, & parte territorij Conſtantini; ab Occidente Oceano, à Meridie Pictauorum finibus. Diuiditur in Littoralem ſeu Maritimam, & Mediterraneam. Diſpertita eſt etiam in linguas tres, quarum ſingulæ ſuas habent regiones, & Diocæſes ab alijs diſtinctas. Tres ex ijs ſermone vtuntur Britannico (*Breton Bretounant *vocant:) qui veterum Aremoricorum proprius fuiſſe exiſtimatur. Horum Diocæſes ſunt Cariſopitenſis (vulgo* Cornouaille*) Leonenſis (*S. Paul*) Trecorenſis (*Treguiers.*) Tres aliæ linguam ſonant Gallicam, quare vulgo* Bretons-Gallots *(quaſi Britanno-Gallos dicas) appellantur. Sunt hi Dolani, Rhedonenſes, & Maclouienſes (*Dol, Rhenes, *&* S. Malo*) qui olim Aletei nominabantur. Reliquæ tres vtroque ſermone promiſcuè vtuntur, modò Britannico, modò Gallico, prout vnicuique lubitum eſt, aut vſus poſtulat. Sunt & iſtis tres adſignatæ Diocæſes, Nannetenſis ſcilicet, Venetenſis (vulgo* Vannes*) & Briocenſis (*Brieu;*) ita vt in vniuerſum nouem in hac prouincia ſint Epiſcopatus; quibus omnibus Dolanus, vtpote Metropolitanus, olim præerat. Britanniæ vrbes primariæ ſunt Rhedona & Nannetum; quarum illa ſupremi Senatus, quod Parlamentum vocant, ſede decorata eſt: & antiquitate paucis Galliarum vrbibus concedit. Epiſcopatus eius inter primos Britanniæ numeratur. Senatui qui rerum fiſci præeſt ratiociniis (Cameram rationum vocant) ſedes in hac vrbe conſtituta eſt. Cæterùm vt Britanniæ ager amœnus eſt & fertilis; mira iſthic fœcunditas aruorum, & pratorum vbertas. Campi inculti (*Landes *vulgò dicti) hic non infructuoſi ſunt, & grata pecori (cuius magnum alunt numerum) paſcua præbent. Hinc & Brutanniam dictam fuiſſe à brutis alendis coniecturà eſt non prorſus contemnenda. Sic enim multa eorum opida à gregibus & armentis nomen accepêre. Eſto huius rei exemplum, Pulliniacum, à pullis equinis: Feliceria (hodie Fulgeria) à felicetis. Ad negociandum magnam adſert opportunitatem mare, quo alluitur: ex cuius aquis æſtiuo Solis ardore reſiccatis & concretis, ſalem eliciunt. Ferri & plumbi venas habet, ac nonnullis locis etiam argenti. Vide Robertum Cænalem & Belleforeſtum.*

Digitized by Google


15
16
Sep: 17
tentrio.
18
19
Scala milliarum
Isle de bas
Sept isles
Ile Berthe
S. Malo
Cancale
Auranches
Pont Orson
Hevssant
Conquet
Brest
Basse
Morlais
Lan triguer
Haulte
Dol
S. Aubin du Cormier
Caillac
S. Brieu
Mont Auvan
Rennes
48
Occidens.
48
Orions.
Le Fou
Paraf
Moncontour
Britaigne.
Britaig
ne.
La Guerche
Chasteau briant
Fauset
Credon
Blaiset
Vannes
Heubout
S. Iulien
Villaine flu.
Nantes
Loire flu.
Pont chasteau
Gleran les cases
Quit heron
Belle isle
Poictou.
47
47
BRITANNIA.
15
16
Me: 17
ridies.
18
19

NOrmannia ad Orientum initium capit à finibus Franciæ propriè dictæ (in qua Lutetia eſt) à flumine Epta, qui Giſorium vrbem, pagum S. Claræ, Ganiumque vicum præterlabitur; vnde præcipiti curſu fertur in Sequanam iuxta S. Genoueuam Giuerenſem, Vernoræ vrbi finitimam, quæ in altera Sequanæ ripa ſita eſt; quanquam Normannie principium à Pontoiſa vrbe potiùs ducendum videretur. Quidquid enim eſt terræ citra pontem Eptæ impoſitum (quod Vulqueſtinum Francorum appellatur) id omne ſub Normanniæ Generalitate (ita enim vulgò nominant) comprehenditur; cui cum à Rege tributum imperatum eſt, eius portionem ijdem Ciſpontani ſiue Vulqueſtini Generali Normanniæ Rothomagi pendere conſueuerunt quin etiam quod ad Eccleſiaſticum forum attinet, Rothomagenſi Archiepiſcopo ſubiecti ſunt, cuius iuriſdictio ad Oiſam amnem, vrbemque ab eius ponte nominatam, id eſt, *Pontoiſam* extenditur. Normanniæ limes ab Occidente Britannia eſt, à qua Crenone fluuio ſecernitur. A Septentrione Oceano terminatur; à Meridie Cenomanis; Sequana interfluente in duas partes diuiditur. Normannia ſic dicta eſt, à Normannis populis (quaſi dicas viros Septentrionales, (*Nord* enim Septentrio, *mannen*, viri ſonat) hoc eſt Danis Norwegianiſque, qui poſtquam hanc regionem vi occupaſſent, ſedem in ea ſub Imp. Lothario poſuerunt. Regio opulenta eſt omni genere mercaturæ; nec vlla re deſtituitur ad vitam tuendam neceſſaria, præterquàm vino, quod hic non creſcit. Gens eſt præ cæteris Galliæ populis ingenioſa, & circumſpecta, cui haud facilè quiſquam impoſuerit; item affabilis, humana, ſtudijſq; literarum dedita; ſed ob rem. Ex plebe plærique lana & tela panniſque texendis victum quæritant. Sunt in vniuerſum aſtuti & callidi; præſertim ad forenſem palæſtram; liteſque aut excipiendas aut inferendas, egregiè inſtructi. Lege Rob. Gaguinum lib. VII. Hiſtoriæ.

Digitized by Google



Digitized by Google

HIc ager (vt habet Belleforeſtius) multis pulcherrimiſque ſiluis imbutus, ad venationem aptior & beſtiarum nutrimentum quàm ad agriculturam : ita quod territorium fertile & ſterile repertum eſt : & Cenomani potius venari ; quam vinum vel frumentum tibi porrigere malunt : non quod indigeant, cùm in partibus adeo abundans, quod nec Andegauum vel Turonis, illos excellunt, vineris nec frumentis: Sed hoc niſi in aliquibus locis, qua cauſa, gens adeo dedita laboribus, induſtriæ, acuti ingenij ſunt, non fallax, boni conductores familiæ, ac induſtrioſi plus quam illorum vicini, tali modo quod exacti in omnibus illorum negotijs, non mendaces, ita quod vulgò dici ſolet, Cenomanum Normandum cum dimidio valere. Vrbs præcipua Cenomani, *Mans* vocatur, teſte Theueto, maxima ac valdè populata, in pulcherrimo loco extructa, quam forſitan in Francia reperitur, alluitur Haygne, Orne, & Sartæ fluminibus, quæ ſimul muros huius attingunt, & hinc Pontem Noianum, Aluzium, ac S. Ioannem Siluæ, ac poſtea Malicornium vetuſtiſsimam domum affluunt. Aliæ adhuc vrbes paruæ, ac pulchræ inſunt, veluti Freſnay, Mayette, Ghaſteau du loir, Champenay, S. Aignan, Beneſtable, & quam plurimæ ſimiles. Situm huins regionis, eiuſque opidorum, lege apud Theuetum, Belleforeſtium, item Cœnalem, ex quo hoc dignum de fluuio & lacu quodam, huc adferendum duxi; eius verba en iſta, (de Sarta huius regionis flumine:) Vbi ad pontem Noianum Sarta deuenerit, Vulgo Noien, aduſque Malicornium opidum, quam feliciter & ad miraculum vſque piſcoſus comperiatur, vel ex hoc vno conijci poteſt, quod non paucis ante diebus aut annis irretitus fuerit carpio præter ſpem communemq; expectationem, ad vlnæ quantitatem procerus, accedente etiam palmari quantitate; pendebat eius lingua (ſi vera eſt publica fama) libras ſex: id atteſtante monumento Epiſcopali Palatinæ domui inſcripto. Aiunt non procul ab his locis in Sagonio tractu inexhauſtum eſſe lacum, ex cuius profunda lacuna ſuſpiciendæ craſsitudinis carpiones extrahuntur, adeo vt piſcis vnicus, mediocri familiæ vnius hebdomadæ circulo ſufficere poſsit. &c.

Digitized by Google



Digitized by Google

HÆc Pictauia hodie in Inferiorem & Superiorem diuiditur. Inferiorem appellant, quæ verſus Occaſum in Oceanum Aquitanicum definit: Superiorem, quæ Orientem reſpicit, ad Turones vſque & Bituriges. A meridie contingit Santones, Angoleſmenſes & Lemouices, Britanni & Andegauenſes ſunt illi, à Septentrione proximi. Tellus eſt frugum pecoriſque fertiliſſima; vino frumentoque diues, & piſcium abundans. Sed auium & ferarum in primis hic ingens copia: eoque venatio hic & aucupium frequens.

Comprehenduntur in hac Pictauia, ducentæ ſupra mille diocœſes, aut potius parœciæ, ſub tribus epiſcopatibus, Pictauienſi nempe, Luçonij & Maillezais, vt vulgò ſonant. Loca celebriora præter hæc, ſunt (incolarum nominibus ea profero) *Roche ſur Yon, Talmont, Mereil, Vouuant, Meruant, Breßuire, Lodun, Fontenay le conte*; atque hæc in ſuperiore, quam diximus. Inferior habet, *Nyort, Partenay, Touars, Moncontoul, Hernault, Mirebeau, Chaſtellerault*, &c. Primatum autem inter hæc Pictauium, Ptolemæo Auguſtoritum, hodie *Poictiers* obtinet, omnium Galliæ vrbium poſt Lutetiam ampliſſima; maxima ex parte Clamo flumine viuo circumdata. Academia hic ſtudio Iuris ciuilis celebris. Antiquitatem huius ſatis teſtantur Theatrum (vulgò Arenas,) Palatium Galieni, & aqueductuum fornices quæ ſuper ſunt, quos *Arceaux de Paraigné* vulgus vocat; Romanorum in hoc loco imperij veſtigia. Ante horum tamen aduentum alibi hanc vrbis aream fuiſſe ex Ammoinij & Adonis ſcriptis quis ſuſpicari poſſit. Hi enim loci veteris Pictaui dicti meminêre, in quo inter Carolomanum & Pipinum Reges Francorum, regnum diuiſum fuiſſe narrant. Videtur & in hac tabula locus *Vieu Poictiers* (quaſi vetus Pictauia dicas) nuncupatus, ad eundem fluuium Clanium, verſus *Chaſtellerault*. Opidum *Talmont*, aut verius *Talon du Monde*, Calcaneum mundi Latinè diceres, Galli ſic appellant, quòd in remotiſſima huius regionis parte ad Oceanum ſitum ſit: ideoque pro vltimo orbis terrarum loco cenſeri debeat.

Digitized by Google



Digitized by Google

HOrum vrbem primariam, quam hodie *Bourges* vocant, olim à Cæſare Auaricum appellatam putant. Theobaldus Fagotius, eius ciuis ſcribit, agrum extra ciuitatem valde frugiferum, atque omnium ferè rerum quæ Gallia habet, fertilißimum eſſe nihilq; in eo deſiderari Vrbem eſſe vetuſtam, idque in ea quædam egregia monumenta teſtari. Omnium rerum mercatura & nundinationum frequentia commendari. Eſſe ibi Academiam in omni diſciplinarum genere ornatiſſimam: adeo, vt litterarum decus, atque doctiſſimorum virorum emporium dici poſſit. Floruiſſe autem in ea ſemper Iuriſprudentiæ ſtudium, fidem faciunt illuſtres eius olim & noſtra ætate Profeſſores; in his Andreas Alciatus, Iacobus Cuiacius, alijque. Sed de huius vrbis origine & nominis etymologia Ioannem Calamæum audiamus, qui de ea hoc modo ſcribit.

Anno ab orbe condito M. DCC. XCI. Gomer Gallus deductam in Bituricenſium, ditionem coloniam, in vrbe primaria Biturigum conſtituit, incolis à Noa auo ſuo Ogygis nomine honoris cauſa impoſito; quod ab incolis poſteà pro fauore & amore erga fundatorem ſuo ex Ogygis genere procreatum, mutatum eſt; qui ſe Bitogyges dixerunt, quod Armenorum lingua, Ogygis poſteros ſignificat. Verùm vt conſuetudine corrumpi vocabula plerumque ſolent, dum, vt familiaria fiant, aut magis propria, ijs aliquid vel adimitur, vel mutatur, ea aut potiùs Principis (quod faciliùs crediderim) Biturigum, qui Biturix cognomen habuit, voluntate factum eſt, vt Bitogyges ditio, & præcipua Bituricenſium vrbs, deinde Biturigæ dicta ſit. Inter alias autem de hac re opiniones, vna eſt eorum qui Biturim, quaſi Biturrim, à duabus antiquis turribus quæ olim in ea vrbe fuerunt, dictam arbitrantur: vnde Grammatici cuiuſdam antiqui tale carmen exſtat; *Turribus à binis, inde vocor Biturix.* Hæc Ioannes Calamæus in ſuo de Origine Biturigum volumine.

Digitized by Google



Digitized by Google

LOngitudo totius huius regionis (quam ab Alimonijs nonnulli ALIMONIAM, alij verò à pingui vel limoſo ſolo, LIMANIAM dictam putant) eſt leucarum circiter xx. latitudo verò ferè octo; continet autem AVERNIÆ portionem, à ponte veteris Briuatæ Ganatum vſque. Frugibus, vino, melle, pecudibus, iumentis, croco, nucibus, oleribus, paſcuis, nemoribus, fontibus, fluminibus, balneis, bitumine, lacubus, argentifodinis, familijs inſignibus, locis munitis, mercimonijſque abūdat. Primaria vrbs eſt CLERMONTIVM; exſtat & hodie monticulus nomine *Gargoie*, cum ruinis, vt videtur vrbis olim celeberrimæ *Gergobiæ* (teſte Gabriele Simeoneo) cuius mentio apud Cæſarem in Commentarijs. Refert Petrus Belonius in ſuis Obſeruationibus, aquam quaſdam hanc habere vim, vt quicquid attingant, conuertant in lapides; eſſeque pontem lapideum apud Clermontium, ex aquis concretum; Non ſine inuiſitato naturæ miraculo.

Digitized by Google




Digitized by Google

REgio eſt amplitudine non vſque adeò inſignis, fertilitate tamen nulli in Gallia regioni cedit: Vino enim, quod inde Andegauicum (vulgò *Vin d'Aniou* dicitur) palmam inter omnia ferè huius regni vina meretur. Sed nec aliarum rerum quæ ad neceſſitatem aut voluptatem vitæ humanæ expetuntur, ſterilis eſt; vt quæ fluminibus, montibus, nemoribus, pratiſque paſſim exornatur. Pecude, armentis, & piſcibus fœcunda eſt; hoc flumina & prata præſtant. Ex montibus marmora, nec non illud genus lapidis cæruleum & fiſſile effoditur, quo templorum ædiumq; tecta contra cæli iniurias muniuntur, Galli *Ardoiſes*, Belgæ *Schaillen* nominant.

Vrbes habet præclaras, inter quas excellit ea quæ *Angiers* nomen habet; quæ fortè Ptolemæo Iuliomagus eſt. Hæc huius regionis primatum obtinet; in vtraque Meduanæ fluuij ripa exſtructa, ponte lapideo coniungitur. Antiquitatem eius arguunt vetuſtæ quædam Theatri ruinæ, quæ vrbi imminent: vulgus eas *Broban* vocat. Hic interdum numiſmata antiquæ notæ reperiuntur. Ludouicus II. in ea Academiam conſtituit anno 1389. in qua noſtra ætate poſtremùm Ius Ciuile profeſſus eſt Franciſcus Balduinus Atrebas, ſummus huius æui Iureconſultus. Sunt præterea in hoc tractu opida Saumurium, Bellefortium, Bauga, &c. Olim hic tractus Comitatus nomine, ſed anno 1350. Ducatus elogio decoratus fuit. Habet ab Oriente confinia Turonenſium & Vendoſinæ regionis, vt vulgo appellant: Vetſus Occidentem attingit Britanniam: Pictones vernaculè *Poictou* eum à meridie adſpiciunt: à Septentrione verò Comitatus *Maine* & *Laual* dicti, illum tamquam limites premunt.

Digitized by Google



Digitized by Google

IN Itinerario quodam Galliæ, hæc ſcripta reperio : Inſula Franciæ à S. Dioniſij vrbe, vſque ad Roſſy & Montmorencij extenditur : atque adeo omnem terram intra Sequanæ fluuij ſinus, & flumina, verſus Normandiam ab vna, & Picardiam ab altera parte complectitur. Nomen Inſulæ Franciæ (teſte Andrea Theueto) accepit ex eo, quod Franci venientes ex Germania, primas his in locis ſedes fixerint, ac Duces ipſorum titulo ac nomine Regio, exornari ibidem cæperint ; tum etiam quia Matrona, Sequana, & Iſaria totam fere ambiant & claudant. Non tamen omnis tractus, qui fluuijs iſtis cingitur, ad hanc Inſulam pertinet, ſed qui Pariſijs magis vicinus. Ego ergo credidi, hanc factam diuiſionem, quando filij Clodouei regnum inter ſe partiti, imperium eius limitarunt, & finibus ſuis incluſerunt, qui Pariſijs agebat, ſolus Rex Franciæ vocabatur. At vero nulla diuiſionis huius ratio modo habetur, cùm Picardiæ, Briæ, aliarumque prouinciarum aliquot vrbes, eadem comprehendantur. Sed Belleforeſtij ſententiam audiamus : poſt obitum magni regis Clodouei, noua diuidendæ Galliæ forma inuenta eſt : nam ex vno plures facti ſunt Reges, & is ſolus Franciæ Rex dictus, qui Pariſijs præſidebat. Vnde Inſula Franciæ verum ac vetus dominium eſt Regum : etſi in ſtirpe Pipini negligi cepit, ac poſtea ditionem, & Comitatum Pariſienſem hereditatis loco accepere, qui vniuerſæ Franciæ coronam.


Digitized by Google



Digitized by Google

QVod nõ adeò longè extẽdit ſe hæc prouincia, ob id quod quã plurimis vicinis prouincijs cingitur, à ponẽte ſcilicet Andegauo, à meridie Pictauo & Berruyẽſibus, verſus Orientẽ Bleſienſi agro, à Septẽtrione vero Cenomanis. Primaria huius vrbs Turonis, quæ opulẽtiſsima totius Regni reperitur, tũ propter agrorũ vbertatẽ, quos delicias & hortos Regũ, vocare merito ſolẽt, tũ optimã Reipublicę formã, ciuiumq; induſtriã; mercaturæ imprimis amantiũ Sed & ſericũ cõficere pridẽ cœperũt, quo nõ preſtãtius, aut ſubtilius Italia ſubmittat. Ad Orientalẽ Turonũ partẽ, Ligerim Ambaſia attingit, ſtructa loco optimo, amœniſsimo, & puriſsimi aeris, adeo vti hãc potiſsimũ ad ſeceſſum Reges ſibi delegerint. Mõrichardi vrbẽ in plano ſitã, hinc rupes, & ſiluæ muniũt, illinc prata & cãpi amœniores cingũt. Extra vrbẽ, domus etiã ſub terraneæ cõſpiciuntur, & ſuper eas horti ac vineta. Loches ad Agneré flumẽ, arcẽ pene incõparabilẽ habet, ſi amœnitas, magnitudo, munitio, ac ſitus deniq; ſpectetur: ſitus inquã tã ab ingenio humano quã loci ipſius natura inexpugnabilis, Pautruy, Caſtillõ, Cormery, Beaulieu, &c. quarũ inſpicias Belleforeſtiũ.

Digitized by Google



Digitized by Google

TErritorium hoc iactare ſe poteſt quod pauci ſui ſimiles reperiuntur. Quod ad fertilitatem, frumenti, aliarumque frugum, quæ in vitæ humanæ vſum expetuntur, nullis certe prouincijs, Bleſienſis hæc cedat. Nam tota nemoroſa eſt, & ſiluis plena, vinetis, fluminibus, riuis, ſtagnis ac fontibus, vnde maxima quædam pinguedo terræ, huic inſita eſt, & caloris temperies, in collibus vrbi vicinis, vineas magis nutrit. Itaque Beauciæ, & Soloniæ commoditatum particeps, vtramque his ipſis ſuperat. Nam frumentorum, haud minus quam Beaucia, abundans vinorum, frugum, & aquarum copia merito præ illa gloriatur. Cum Solonia amænitatem communem habet: à qua etſi Ligeris tantum fluuij diuidatur, nullum tamen ab arenis eius fertilitatis ſuæ incommodum ſentit. Ac proinde Beauciæ illa pars, in qua Bleſia ſita eſt maiorem quam alibi lignorum, aquarumque copiam, Solonia, qua ipſam reſpicit, fertilitatem vrberiorem huic vni debent. Itaque dictum vetus, quo habitatio in Solonia, hæreditas in Beaucia optima perhibetur, ad Bleſiam minime ſpectat. Inter præclaras huius Bleſiæ prouinciæ raritates, vna maxime eminet, qualem nec in vniuerſo hoc Regno facile deprehendas, ſcilicet, quod inter hanc Ciuitatem, & Orcheſiam, quam Lemniam vocant, fodina eiuſdem cum vera Lemnia potentiæ atque virtutis.


Digitized by Google



Digitized by Google

PRimaria eiuſdem ſuperioris Prouinciæ vrbs, Lemouicum, inter celeberrimas, ac vetuſtiſsimas, totius Galliæ cenſetur. Sita enim partim in valle, qua fluuium Viennam, & finitimam huic S. Stephani vrbem ac ædem reſpicit, partim in crepidine quadam collis, qua S. Martialis vrbem attingit. Longior autem multò, quam latior eſt, à Septentrione ad meridiem ſeſe extendens; muris ac foſsis ſatis munita; aquis maximè affluens, quæ expræclaro quodam fonte deriuantur, in ſummitate ipſius vrbis conſtituto; qui & equis potando ſuppeditat, & purgandis plateis inſeruit. At verò veterum mœniorum rudera, quæ in proximis vinetis conſpiciuntur, vrbem olim, quàm nunc ampliorem fuiſſe oſtendunt, quod non ſine cauſa. Siquidem Romani primi eam inuaſêre; deinde Gothi, teſtante Sidonio Appollinare, cùm ſingulas Aquitaniæ vrbes, à Gothis oppugnatas, aut dirutas recenſet, Franci etiam miſerrimè eam afflixêre, poſt eos Carolus Martellus dirupit, atque vaſtauit; ac denique Angli poſtremam cladem intulere. Nihilominus hoc æuo, pro rata amplitudinis ſuæ parte, inter opulentiſsimas regni ciuitates æſtimatur, optimè morata atque conſtituta, propter curiæ ibidem principatum, ærarij regij & *Francalevi* quæſturam Vicecomitis iuriſdictionem, ac denique conſulum in cauſis mercatorum concilium, quam Burſam vulgò vocant.

Digitized by Google




Digitized by Google

DE hoc tractu Bononiensi sic dicit Robertus Cœnalis, de re Gallica lib. 11. Perioche 111. De Gessoriaco Morinorum portu rectè cum Meiero dixerim, verè dici *Boloniam* maritimam, à qua ad *Douerium* portum Angliæ, breuissimus est traiectus. *Gessoriacum* autem *nauale* (quod falsò Gandauum Bilibaldus affirmat) potiùs crediderim esse *Castellum*, nunc *Cassel*. Sunt qui alio nomine, *Pertrossam* vocant, & Scalas, vulgò *Scales* Porrò ex Boloniæ situ facilè est coniectare, an Iccius portus dici debeat. Qua in re ne quis hæsitet, illud ex Strabone sciendum, interiectum maris ab Iccio in Angliam, trecenta viginti, nec amplius, stadia complecti; quæ ex æquo constituunt milliaria quadraginta. Porrò Tabulæ recentiores designant à Bolonia ad Douerium milliaria Anglicana sexdecim, nempe Italicis longiora, à Calesio verò octodecim. Quò liquidò constat, à Bolonia in Angliam traiectum esse breuissimum. Differunt itaque portus Gessoriacus, & Gessoriacum nauale: quod nouissimum si quis Casletum dixerit, nolim eum eo contendere. Hæc ille. Nescio tamen quomodo ille ponat nauale in monte Gasseleto, horum itaque sententia videtur probabilior, qui *Gessoriacum* dicunt esse Ammiani Marcellini *Bononiam*, quam Galli *Boulogne* vocant. Suffragatur ijs tabula Pentegeriana, in qua scriptum *Gessoriacum*, *quod nunc Bononia.*

Hanc ipsam Boloniam his verbis depingit Arnoldus Ferronius: Est autem Bolonia & inferior, quam vocant, & superior. Bolonia inferior, vicus non septus mœnibus ante Anglorum aduentum; Ibi fanum, Diuo Nicolao sacrum, & aliud Franciscanorum Sodalium. Mare Anglicum vicum alluit: propè Fanum Sodalium, quod non longè abest à mari, facillimus traiectus in Angliam. Abest à Bolonia superiore centum fere passibus, & eo quid fortè amplius. At Bolonia superior, cincta mœnibus validissimis. Ibi fossæ prealtæ, muros ambientes. Totus ille locus sabulosus, ex eo genere quod sabulum feruens maritimi homines vocant. Vnde Boloniæ nomen à feruenti sabulo, Gallico nomine inditum putant, tametsi vetus esse nomen ex Ammiano Marcellino videamus.

Digitized by Google




Digitized by Google

VEROMANDVI.

HVnc tractum, quem olim Veromandui inhabitarunt, hodie adhuc retento antiquo nomine *Vermandois* vocant, à duce (vt quidam opinantur) Vermandione Pannonio, qui hæc loca olim insediſſe creditur. Regio eſt arcibus, Pagis, opidiſque egregiè exculta. Caput eius eſt FANVM S. QVINTINI, cui nomen dedit Quintinus Patritius Romanus, qui Diocletiano imperante Veromanduos Chriſti fide imbuit. Hinc tres fluuij inſignes originem ſumunt; *Somona* vulgò *Some*, qui per medios Veromanduos ſupra Caleſios in Oceanum labitur: *Scaldis*, qui ſupra Cameracum ortus, per Artheſiam & Flandriam lapſus, Antuerpiamque alluens ad Zelandicas Inſulas Oceanum ingreditur: *Sambra*, Iulio Cæſari *Sabis*, qui per Hannoniam defluens ad Namurcum Vrbem *Moſæ* ſe miſcet. Hîc olim teſte Roberto Cœnali fuit Auguſta Veromanduorum, nunc diruta, reſtante pro reliquijs Cœnobio; ſedes olim Epiſcopalis, ſed ſub Medardo eius Pontifice Nouiodunum tranſlata, vt Carolus Bouillus auctor eſt. Locus tamen etiamnum hodie antiquum nomen tuetur, atque *Vermand Abbaye* appellatur. Ex quo errare videntur ij qui ſancti Quintini Fanum (vt hodie vocant) Veromanduorum Auguſtam eſſe opinantur. Vide de ijs populis ſententiam Petri Diuæi Louanienſis, in libello Antiquitatum Galliæ Belgicæ.

Digitized by Google




Digitized by Google

PICARDIA.

HAec regio pars Galliæ Belgicæ est, olim ab Ambianis, Belluacis, & Veromanduis (siue, vt Ptolomæus legit, Romanduis) habitata. *Somona* fluuius, totum hunc tractum irrigat, omniumque frugum agrum fertilem, vrbesque, rerum copia diuites, facit. Adeò enim frumenti fœcundus est, vt vulgus id trito prouerbio Parisiorum horreum vocitet. Vinum non fert; sed id potiùs incolarum ignauiæ, socordiæque quàm soli intemperiei, aut cæli iniuriæ imputandum, sunt qui censeant. Hastas hic primum repertas quidam opinantur quas Galli, *Picques*, vocant & ex eo incolas appellatos *Picquarts*. Sed vero est similius vrbem *Pinquiny* toti Prouinciæ dedisse nomen. Vrbes in ea inter ceteras præclaræ sunt: Ambianum, vulgò *Amiens*, antiquitate, & Episcopali sede nobilis. Hæc Somona fluuio circumquaque ambitur; hinc nonnulli sunt, qui eam Ambianum ab ambitu aquarum dictam nugantur; munitissima est, si quæ alia, in vniuersa Gallia: Templum habet totius Galliæ pulcherrimum D. Ioanni Bap. cuius & sacrum caput ibi adseruatur, sacrum. Vulgus eam ab Alexandri Magni militibus constructam putat. Sub huius diœcesi *Abbeuilla* deinde est, cuius nomen recens esse, ipsa etymologia docet: *Abbeuille* enim nihil aliud quàm *Abbatis villa* Latinè sonat: ex Abbatia enim primùm in vrbis magnitudinem & formam excreuit. Hæc hodie Comitatus *Pontieu* nomine, primaria ciuitas est. Habet hic Comitatus nomen à multitudine pontium; regio enim paludosa admodum, & stagnis inuia, multis in locis est. *Picquini* eodem tractu visitur: à quodam Pignone Alexandri Magni milite primario conditum, si fides vulgo sit. Est & *S. Quintini Fanum* in Veromanduis, Augusta Veromanduorum à multis creditur; Comitum Veromanduorum aliquando domicilium, atque eius regionis caput. *Perona*, bellicis cladibus sæpius fatigata, omnibus innotuit. *Guisa* etiam, propugnaculum, versus Lutzemburgum videtur, vnde Ducum Guisiorum familia nomen ducit. Sunt aliæ minus celebres ciuitates, vt *Corbeium*, *Roium*, *Nella*, *Hana*, *Castitetum*, *Mondiderium*, &c.


Digitized by Google



Digitized by Google

HVius Tractus loca celebriora describit Guilielmus Paradinus his verbis: Arelatem Sextanorum Coloniam fuisse tradunt scriptores. Ea ciuitas ad Rhodanum vndique septa est paludibus; in quibus hodie præferoces aluntur boues. Olim nobile Emporium fuisse, Strabo auctor est his verbis: Narbo (inquit) amplissimum eius regionis Emporium, supra exitum Ataxis fluminis, Narbonensemque lacum iacet: Rhodano autem adiacet opidum, Emporiumque non paruum, Arelate. Sedes est hodie Archiepiscopalis. Tria hic celebrata Concilia. Hæret Vrbs ad collem, clauditurque ab Occidende Rhodano; ad Orientem verò habet paludem magnam: Ab Austrum campum fertilem. Arelate vicinæ sunt Aquæ calidæ, apud quas Sextius, vt idem Strabo ait, opidum sui nominis ædificauit, vocauitque Aquas Sextias. Condendi opidi consilium fuit, vt illic Romanum collocaret præsidium. Illic cæsos fuisse Cimbros à Mario, scribit D. Hieronymus. Hic inter Carolum V. Cæsarem & Franciscum I. Galliarum Regem anno 1538. mense Iulio foedus percussum, quod exiguo tamen tempore durauit. Arausio (*hodie Orange*) Cabilonensium imperio olim insignis; in qua Theatri ingentis ruinas, & stupendi operis murum quadrato affabrè lapide vidimus, & cui haud scio an Gallia vniuersa similem habet. Est & ad portam qua Lugdunum spectat, Arcus triumphalis cum insculpta equestri pugna, quam diu magna voluptate spectauimus. Huc & Nemausum pertinet; Amphitheatro antiqui operis visendum, (Arenas vocant.) Mirum illic ostendi subterraneum meatum, qui per transuersum Rhodanum sub ipso alueo ductus, in procul dissitam perueniat ciuitatem. Est & Basilica Plotinæ, quam Hadrianus Imperator exædicauit, auctore Spartiano, &c.

Digitized by Google



Digitized by Google

SABAVDIA.

SAbaudia regio eſt Ciſalpina, cuius Princeps, qui Dux Sabudiæ vocatur, etiam Pedemontanam (quam vocant) regionem poſſidet. Metropolis in ea eſt Chamberinum (Ciuaro olim dicta, ſi Cœnali credendum eſt) in qua Senatorius ordo, Parlamentum vocant, ſedem habet. Hanc regionem à Sebuſianis populis, aut, vt alij, à Sabatijs vadis, nomen accepiſſe putat. Bouillus verò aliam huius nominis originem adfert, hanc nempe: Fuiſſe, inquit, hanc regionem olim præ locorum anguſtia, (vtpote inter Alpes ſitam) & habitatorum paucitate, totam à latronibus obſeſſam, qui prætereuntes aut iugulabant, aut ſpoliabant. Tum vir nobilis quidam eam regionem ab Imperatore in titulum Ducatus obtinuit, qui cunctos eam prætereuntibus infeſtos, vi armorum ſubmouit, & viam peregrinis ſecuriſſimam præbuit. Hinc Saluam viam (quæ prius mala via, vulgò *Mal voie* vocabatur) eam in poſterum, vulgò *Saul voie*, vocari iuſſit: inde Latini Sabaudiam fecêre. Hæc Carolus Bouillus. Fabula ſitne, an hiſtoria, fides eius ſit apud auctorem. *Sabaudia* certè vocabulum, ſcio non ſemel in libro Notitiarum nominari, inter Narbonenſis Galliæ prouincias. Sed libet hîc quoque adiungere eius deſcriptionem ex Paradini hiſtoria quam de ea edidit: Regio inquit quæ hodie Latinis Sabaudia (vulgo *Sauoie*) vocatur, veteres *Allobrogum* ditionem vocauêre. Habet Sabaudiæ Ducatus ſub ſe Pedemontanam regionem, Principatus titulo decoratam: item regionem Breſſanenſem, in qua ſunt Comitatus *Varaz*, *Montreueil*, *Pont de Vaulx*, *Bagey*, &c. Antiquorum monumentis conſtat, totum hunc tractum olim Regni titulum habuiſſe: idque temporibus Hannibalis, qui à Bronco & eius fratre de huius tractus regimine diſceptantibus arbiter factus, diſcordiam ſedauit, maiorique natu, qui à iuniore regno pulſus erat, imperium reſtituerat: vt refert Liuius lib. XXI. Betultum (aut, vt alij legunt, Bituitum) eorum regem à Q. Fabio Maximo captum, ſcribit L. Florus. Cotij etiam regis (à quo Cottiæ huius tractus Alpes) meminêre plurimi auctores, tempore Auguſti Imperatoris. Vicinus Sabaudiæ eſt DELPHINATVS, qui etiam Allobrogibus adnumerari debet; hoc argumento, quòd Vienna, quæ caput eſt Delphinatus Melæ alijſque, dicitur Vienna Allobrogum.


Digitized by Google



Digitized by Google

VEnuxinus ſeu Arauſinus Comitatus, (quem vulgò *Venayſcin* appellant) aut vt vocat Cænalis, VENETICVS, in Gallia eſt: pars eius regionis quæ nunc Prouincia appellatur, quondam Narbonenſis Secunda. Primaria huius vrbs Auenio Cauarum, ad Rhodanum ſita. Pontificij iuris eſt, fuitque Pontificum aliquando ſedes. In hoc Comitatu ſunt tres Epiſcopatus, Carpentoractenſis, Caballicenſis, & Vaſionenſis, totidemque loca vbi ius dicitur: quæ ſunt dicta Carpentoracte, Liſſa & Vaurias. Arauſiacus Principatus in hac tabula comprehenditur, ſic dictus ab Arauſione (ORANGE) metropoli, Ptolomæi & Sidonij ſcriptis clara. Plinius & Pomponius eam Secundanorum cognominant. COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. legitur in antiquo lapide. Vrbs eſt antiqua, potens & nobilis. VII. in ea portæ. VII. templa. VII. Canonicorum collegia, totidem monaſteria Virginum, Xenodochia, ac Conuentus. Ab ea non procul eſt vallis Cluſæ ad Sorgæ fontem, locus à Franciſco Petrarcha celebratus, quem Heliconem & Pernaſſum ſuum nominare ſolebat. Hoc à mundanis curis ſibi elegerat diuerticulum. Ditio hæc nobilis eſt titulo Principatus. Apud Belleforeſtium & Theuetum plura vide.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRimrria huius regionis vrbs & Ciuitas eſt Troia, agrum quàm fertilem habet, ac eius Iuriſdictio longè, patet, alta maria, & cingulum quo mari cingitur, inter præcipua, & ſpacioſa Franciæ poſitum. Et magna vetuſtaq; extat ciuitas Rhemi; mater quondam totius Belgicæ, vt fert Cæſar in Commentarijs de bello gallico. Habetur adhuc Bar ſupra Seinam, Muſsij Epiſcopus, Ferta ſupra Aubam Nogent, &c. Quod ad nomen huius Prouinciæ Campaniam, modernum eſt, quia apud veteres, eius parua fit mentio, tamen populus valde famoſus, peculiarium ciuitatum, vt Tricaſsini, Troiæ, Rhemenſis, Rhene, Meldei, & Meauſi, & ſic de ceteris, & hoc eo vſque, particulares dominationes ſurrexere in Gallia, ac nomina Ducum, Comitum, nouas appellationes Prouincijs impoſuere. Hic tractus nomen fert Campaniam, ob planitiem in qua ſitus eſt.

Digitized by Google


23
24
25 Septen
26 trio.
27
28
29
Abbeville
Pas
Henault.
Treues
Sarpens
Cleri
Perone
Auenes
Yuois
Luxemburg
Mosells flu.
50
Amyens
Han
S. Quentin
Corbie
Somme flu.
Guise
Maſieres
Mets
Picardie.
Noyon
Meuſe flu.
Weſtereich.
Clermont
Tiraſche.
Pont a Mouson
Pontoyse
S. Leu
Lyeſse
Verdun
Soiſſon
Retel
Barrois
Seletſtat
Beaumont
Compiegne
Rens
Barle duc
S. Nicolas
Nanci
Eſpernay
Vitry
49
Poiſſi
S. Lys
Cha. Thierri
Chalon
Ligny
Lorreine.
49
Occidens.
Oriens.
S. Denis
S. Deſir
Ieuville
Paris
Marne flu.
Prouins
Neufchattel
Pont Chalenton
Chandiron
S. Vrbain
Bar ſur Aube
Chaumont
Meupelliare
France.
Melun
Montereau
Langres
Troyes
Fontaine belleau
Sens
Bar ſur Seyne
Sone flu.
48
Eſtampes
Seyne flu.
48
Verdun
Ville neufe
Muſſy leueſque
Gaſtinois.
Yonne flu.
CAMPANIA.
3 6 9 12 15 18 21
23
24
25 Meri
26 dies.
27
28
29

PArtem Galliæ, quam Narbonenſem & Bracchatam vocauit antiquitas, ſub nomine Prouinciæ comprehendit Cæſar & Plinius. Arelatenſe regnum aliquando dictam Prouinciam teſtis Petrarcha. Habet collimitaneas regiones, ab Occidente eam quam Languedocam appellant; à Septentrione Delphinatam, ab Oriente Pedemontanam dictam: à Meridie nullam, ſed mare Mediterraneum, inſulaſque Strechades. Hæc pro fertiliſsima totius Galliæ regione, ſemper habita fuit, habeturque in hunc vſque diem, vt que profert omnia genera fructuum, quæ in Italia naſcuntur. Quod ad agros vacuos huius tractus, non ceſſant quoque fructum ferre, eo quod cooperti, mirto, geneueris, roſemarino, ac alijs ſimilibus odoratiferis reperiuntur: vti quoque palmis, fructus ferentes, quæ cum Africis ac Barbaris æqualificari poſſent. Et vt ait Belleforeſtius, ſaccari hodie ferax, & circa Yeres oppidum, mannam hic quoque colligi, idem auctor eſt. Abundans Oriza, & alia quadam ſubſtancia, qua tinctores vtuntur, (quod vulgo Teutonice ſonat) *VVeet*, Olea hic meliora totius Europæ: vrbes huius primariæ, Maſsilia, antiqua Græcorum Phocæenſium Ionica colonia, quæ ex tribus (vt Cæſar V. Ciuil.) partibus mari alluitur; reliqua parte habet aditum à terra: Arelatum, vulgo Arles, ad Rhodanum fluuium, Parlamentum vt vocant huius regionis hic. Cæteræ vrbes ſunt Tolon, Epiſcopalis, Cauaillon, Eres, Ciſteron, &c. Inſulæ huic regioni adiacentes Stoechades ſunt, abora Ligurium, vt habet Pomponius ad Maſsiliam vſque diſperſæ. Plinio 3. numero ſunt. Corallium laudatiſsimum circa has naſci, Idem teſtis,

Digitized by Google



Digitized by Google

VArie conſpicitur hæc regio : in aliquibus partibus valde fertilis frumenti ac vini , & in alijs ſterilis , ſed non adeo quin caſtaneis ac maronis abundet, quamuis ad lubitum non pecudum, qua de cauſa annona reperitur vili pretio: ita vt vicinis ſuppeditare poſſet. Hactenus ſatis de generalibus. Accedamus loca particularia. Diuiditur Delphinatus in Superiorem , cuius præcipua hodie vrbs Embrum & poſt eam Valentia ; atque inferiorem , cuius præcipuæ vrbes Gratianopolis, in qua Parlamentum, & Vienna , in qua Epiſcopus olim Claudianus Mamercus, cuius de ſtatu animæ, extant libri doctiſsimi. Haud procul à Vienna eſt Lugenium, ad Rhodani & Araris confluentiam. Hanc Strabo poſt Narbonam iudicauit omnium Galliæ Vrbium eſſe & nobiliſsimam & populoſiſsimam. Incolæ huius regionis, quondam fuêre inuidi illarum libertatum : ac defenderunt ad ſanguinem vſque. In bellis conſtantes, negotia ſecurè aſſequentes, illorum bona conſeruare queunt : etſi aliqui reperiuntur inurbani, ac barbari , inter campeſtres tamen : ciues ac nobiles, valde ciuiles, bonæ indolis , capaces ſcientiarum , præcipue Mathematici curioſi, ac ſcrutatores naturalium , honeſta loquela, haud diſsimulatores , aſſociantes , & qui extra propoſitum non loquuntur , ſed ratione ſoluunt, nec ſe leuiter mouentes.

Digitized by Google




Digitized by Google

LOTHARINGIA.

REgio titulo hæc regio olim decorata fuit: quo tempore in duas partes diuidebatur: quarum vnam, quæ Coloniæ Agrippinæ ſedem regni fixerat, Inferiorem; alteram quæ Mediomatricibus Regiam conſtituerat, Superiorem appellabant. Hæc illa eſt quam hac Tabula repræſentamus. Nomen retinet à Lothario nepote Caroli Magni, nam antea Auſtraſia dicebatur. In inſignibus brachium oſtendit è cælo exertum, ſtrictum gladium pugno tenens, quo ſignificatur, Lotharingiæ Duces, ſoli Deo & gladio ditionem ſuam acceptam ferre. Sub hoc Ducatu continentur Comitatus Vaudemontius, Verdunenſis, Blamontius, Denmanchius, Marchenſis; Marchionatus Pontinus, & alij Præcipuæ eius vrbes ſunt *Nancetum*, quod inter reliquas principem locum tenet; vallo & foſſa munitiſſimum, celebre iam olim à cædè Philippi Audacis Burgundiorum Ducis: quam Lector petat ex Ph. Cominæo. *Tulum*, *Nouum caſtellum*, & aliæ. Vaugionum regio (*Vaugemoiteux* vulgò) Sancti Nicolai Fanum, & quidquid terrarum inter ſiluam Arduennam & Germaniam interiectum eſt, complectitur. Barrenſis Ducatus à Lotharingia Moſa flumine ſeparatus videtur, pertinetque vſque ad Nouum caſtellum. Vrbes inſigniores habet *Barum Ducis*, *Mottam*, *Ligniacum*, *Areum*, aliaſque complures. Hinc deſcendentibus ſecundùm Moſæ ripam occurrunt *Commercium*, & *Vaucolorium*, ditionis partim Gallicæ, partim Barrenſis. Eſt lacus in Lotharingia, cuius ambitus eſt XIIII. milliarium, in quo carpiones capiuntur inſolitæ magnitudinis, III. videlicet pedum, ſaporis gratiſſimi. Ex huius lacus piſcatione tertio quoque anno, dux Lotharingiæ XVI. percipit Francorum millia. Adde quòd & optima eſt hæc regio frumento, vino, armentis, gregibus, ligno, præſtabilibus equis, qui ferocitate, Turcicis, velocitate Hiſpanicis, magnitudine Anglicis antecellunt. Plura qui volet, conſulat Franciſcum de Roſieres.

Digitized by Google



Digitized by Google

Diuiditur hæc regio hodie in tres Diocæſes, ſiue Præfecturas; Superiorem, Inferiorem, & Dolanam: quarum ciuitates ſunt in ſuperiore, *Grayum:* hæc inter præcipuas huius Burgundiæ computatur, in ipſa Araris ripa ſita, variarum opum diues, & magnificis ædibus ſpectabilis: habetque ex altera parte patentes & omnium rerum copia fœcundiſſimos campos. *Veſulium:* ſunt huic fortiſſima mœnia, & ædes luculenter exſtructæ, vitiferumque; ſolum. *Momſſonum, Iuſſum, Palmamque;* Dubidi fluuio imminent, *Portuzona* ſecundum Araris littus poſita. *Cromarum, Mons Iuſtini & Facogneium*

Inferioris ſunt *Salinæ*, ampliſſima ciuitas, à ſalſis & altis fontibus nominata & celebris: fit enim hîc ſal candore præſtans, quod hinc in finitimas regiones curribus exportatur, vnde regioni maximum vectigal; munitiſſima eſt, & celſiſſimis turribus, duabuſque arcibus firmata: *Arboſium*, peramœno loco ſitum, atque omnium rerum copia, in primis optimi & ad vetuſtatem durãtis vini, florens ac celeberrimum eſt: magnis circumquaque ſuburbijs impeditur: foſſis cingitur, ſed hortenſibus. *Potichnium* non inconcinnum opidum; mœnibus & turribus pulcherrimis munitum: intus adiacente arce. *Pontarlum* in imaduorum montium planitie, ſecundùm Dubidis fluuij littus poſitum; iuxta eſt arx *Iura* munitiſſima in iugo editiſſimo montis collocata, adeò vt inexpugnabilis videatur: *Nazarethum* aerio colli impoſitum; vmbilicum huius regionis agnoſceres: ædes in ea ferè omnes lapideæ ſunt: Princeps regionis hîc arcem habet quam Plumbeam nominant, ex eo quod plumbo intecta ſit: nundinæ hîc habentur quater in anno. *Caſtrum Caroli* à Carolo Imp. cui ob res geſtas Magno cognomen fuit, ædificatum atque; nominatum, ſitu nobile & validum eſt: *Mons Morori* in monte non arduo, vitibus conſito: *Orgelium* mercimonijs florens; incolæ ſunt induſtrij & negotioſi, lanificio operam dantes; ager minimè ferax: aſſiduis enim collibus & rupibus aſper. Dolanæ ſunt: *Vola*, regionis huius totius celeberrima, omnium ſtudiorum, in primis Iuris nutricula pontibus, mœnibus, & ſtipendis propugnaculis ſumptuoſa; ædes, templa, gymnaſia, vt operum magnitudine, ita architecturæ artificio non mediocriter aſpicientium oculos oblectant: *Dungium* vetuſtiſſimum opidum in Lupæ ripa ſitum: *Orbatum* inter excelſiſſimos montes Lupa piſcoſo fluuio interluitur: *Loya*, pagus ampliſſimus; *Rochafortis* opidulum: *Vercellæ* mœnium ruina deformes. Eſt item in hoc Comitatu *Veſontio*, vrbs Imperialis, & vtriuſque Burgundiæ metropolis, cuius, quia pro eius dignitate deſcriptionem hæc pagina non capiat, & alij hoc ſatis accuratè præſtitêre; de ea hic plura dicere ſupерſedimus. De hac vrbe vide & Iulium Cæſarem in Commentarijs de Bello Gallico. Hodie vulgo *Beſançon* nominatur, habetque ſedem Archiepiſcopalem Burgundiam iam hodie ALBERTVS & ISABELLA Auſtriaci iuri hæreditario poſſident.

Digitized by Google




Digitized by Google

VRbs huius regionis primaria quondam erat *Augustodunum*, nunc autem *Diuio* vel *Diuionum*, vt Gregorius Turonensis lib. 3. eam vocat, incolis *Dijon*, in qua supremum huius Ducatus Tribunal, siue, vt recentiores loquuntur, Parlamentum est. Sita est ad Osearim fluuium (*Ouſche* vernaculè) piſculentum in agro fertili & admodum fœcundo, vini quoq; nobiliſſimi in adiacentibus montibus feraci: vt habet idem Turonensis, qui eam elegantissimè describit. Ab Aureliano Imp. conditam hanc, sunt qui credunt; etsi alij sint qui eam multò antiquiorem asserant. Vrbs hodie munitissima, & situ naturali, & artifice manu contra omnem hostilem impetum, aliquot propugnaculis nuper exstructis, obfirmata. *Belna (Beaulne)* vrbs secundum locum obtinet, cuius vina Belnensia ab huius territorio sic nominata, nemo non laudat. Hæc vrbs ædificijs pulcherrima, & arce à Ludouico XII. exstructa, inexpugnabilis reddita. Est & in ea Xenodochium, siue hospitale, vt vulgus vocat, quod structura adeò excellit, vt Regia etiam magnifica comparari possit. Cancellaria hîc quoque, siue Iuris præfectura sedem habet. In huius agro *Cistertiense* Cœnobium toto orbe celeberrimum exstructum est, circa annum 1098. à Duce Ottone. Habet hoc monasterium sub se mille octingenta alia monachorum, totidemque virginum monialium claustra, teste Belleforestio.

Sequitur Augustodunum, *Auſtum* hodie dicitur. Vrbem hanc quondam ampliſiſſimam & populoſiſſimam fuisse, ex auctoribus, imprimis Iulio Cæsare, constat. Visuntur etiamnum hîc magnæ theatri, statuarum, columnarum, aquæductuum, pyramidum, ruinæ; aliaque innumerabilia vetustatis monumenta. Effodiunturque insuper quotidie numismata, vasculáque; & alia id genus antiquæ supellectilis fragmenta. Duo excidia pertulit hæc vrbs memorabilia prius bello Gallico, duce Cæsare, posterius circa Galieni Imp. tempora. Hodie etiamnum superbis vndique templis, ædibusque publicis coruscat.

Deinde est *Matiſcona* Cæsaris, aut *Matiſconense caſtrum* Antonini, vbi Legionem x. locat idem *Maſcon* hodie appellatur. Hæc quondam Comitatus titulo celebris fuit. Ponte hæc vtraque; Aratis ripam iungit. Historiam huius vrbis Matissanæ (vt Paradinus legit) peculiari & eleganti libello descripsit Philip. Bugnonius. (*Cabillonum Chalon*) etiam ad ripam eiusdem Araris, antiquitùs *Orbandale* nominatam, tradit Petrus Saniulianus. Guntrami aliquando regio fuit, quam tamen Lotharius Ludouici Pij Aug. F. postea euertit, incendioque conflagrauit tanto, vt illic fuisse ciuitatem nemo agnosceret. Hodie nihilominus eximiè felix, & conuehendis mercimonijs idonea. Est & *Semurium* in Mandubijs opidum non inelegans, loco edito. Sunt & alia, vt *Caſtellon*, *Flauigny*, *Soloigne*, *Neuers*, &c. quorum omnium descriptionem quia hæc pagina non caperet, ad Belleforestium, horum locorum diligentem topographum, studioſos relegamus.

Digitized by Google



G 4

Digitized by Google

RHodanus ex altiſſimis Valeſiæ montibus deſcendens, ac multis ſtatim riuulis amnibuſq; concurrentibus auctus, atq; inter Heluetiorum Allobrogumque fines reſtagnans ampliſſimum ibi lacum producit, quem olim LEMANVM dictum, hodie ab adjacentibus *Lauſannâ* & *Geneuâ* ciuitatibus LAVSANENSEM & GENEVENSEM appellant. Situ ſuo, nunc mediam ferè Sabaudiam tenet finibus eius Ducatus pedetentim in Heluetiam prolatis. Influit lacum Rhodanus per Veragros populos, qui hodie inferiores Valeſiani dicti, & à Septentrione Lauſannam alluit, ab Occidente Geneuam in faucibus eius poſitam interlabitur. Longitudo eius ad octo miliaria germanica aut paullò amplius protenditur, latitudo ad tria ferè accedit. Portus ad xvj. habet. Aër Regionis finitimæ ſalubris, ſolum fertile, & vini generoſi ferax quod à ripâ lacus *Ripalium ſiue Riualium* vocatur, paſcuis etiam vberrimis diſtinguitur: alioquin montana circũ regio eſt, & altiſſimis Alpium jugis cingitur. Quidam putant, cum Beroſo, Alemanniæ nomen à lacu Lemano deriuatum fuiſſe. Lauſanna ciuitas eſt Epiſcopalis, ad quam circa annum Domini 590. Epiſcopatus ex pago Auentico tranſlatus fuit; duos colles & mediam vallem occupat amæno ſitu. Geneua in meditullio ferè Sabaudiæ nunc ſita, antiquitate cenſetur, vt cuius in Comment. ſuis Cæſar meminerit. Hodie velut duplex eſt ciuitas abutrâque Rhodani ripâ, & ligneo ponte conjuncta, olim Epiſcopatu inſignis, cuius ſedes Niceam tranſlata eſt, nunc hæreticorum azylum, ex quâ in Galliam & Germaniam latiſſimè omne impietatis contagium ſerpſit. Sunt & alia oppida ad ripam lacus non contemnenda, vt Rolletum, Nouiodunum, Morgeſium, & Copetum.

Digitized by Google




Digitized by Google

GErmania Europæ maxima latißimaque eſt regio, multis diſtincta nominibus; cuius termini ab Auctoribus, vt quiſque ſui temporis rationem ſecutus eſt, adeò variè deſcribuntur, vt triplicem quaſi Germaniam, ſecundùm ſuam quiſque ætatem, facere videatur; Veterem nempe, Mediam, & Recentem. Veterem vocabimus Beroſianam, quam Rheno, Oceano, Tanai, Ponto Euxino, Danubio, eiuſque accolis Beroſus circumſcribit. Media erit, quam Tacitus, Ptolemæus, & Pliniús, coætanei fere, cognouerunt; quæ cùm ex ipſis Auctoribus ſatis nota ſit, non opus videtur hic denuò eam deſcribere. Porrò recens Germania, quæ noſtra eſt memoria viſitatior, vltra Rhenum eatenus eſt extenſa, vt omnes fermè Belgas vſque ad Alpes Tridentinas contineat. Ita quoque vltra Viſtulam, Ortum verſus vſque ad Scythas Alanos, quos hodie Lithuanos appellamus, pertinet: eritque eius longitudo ab Iccio portu vulgò *Calez*, vſque ad Lithuaniæ fines: habebitque latitudinem à Mari Germanico, Venedicoque, ad Alpes vſque.

Hæc Germania, quæ hodie Romani Imperij titulo reuerenda eſt, pulcherrimis munitiſſimiſque vrbibus, caſtris, pagis, incoliſque adeò referta eſt, vt nec Italiæ, nec Galliæ, neque Hiſpaniæ, cedere debeat. Habet frumenta, vineta, amnes piſcoſos, quibus facilè cum fertiliſſimis regionibus certare poſsit. Sunt fontes aquæ dulcis, ſunt thermæ calidæ, ſunt mineræ ſalis plurimæ. Metallorum autem, nempi auri, argenti, ſtanni, plumbi, æris, & ferri copia, nullis vnquam ceſſura eſt Regnis. Quin etiam vrbanitas, & morum ciuilitas, veſtitus honeſtus, rei militaris peritia apparatuſque bellorum, & nobilitas nullibi maior. Hæc illa eſt, quæ olim, vt Cor. Tacitus teſtatur, in vniuerſum aut ſiluis horrida aut paludibus fœda fuit. *Tantum ausi longinqua valet mutare vetuſtas*, vt inquit Poëta. Fluuij nobiliores totam Germaniam irrigantes, & ad nauigationem oportuni ſunt *Danubius, Rhenus, Amaſia, Mœnus, Neccarus*, qui antiquis *Nicer, Albi, Odera*, alijque complures. Academias & Gymnaſia publica permulta habet. Archiepiſcopatus in ea numerantur VII. Epiſcopatus autem & Ciuitates liberæ quam plurimæ.

Digitized by Google




Digitized by Google

GERMANIA INFERIOR.

EXhibet hæc Tabula non totam Germaniam Inferiorem, sed huius dumtaxat partem; eam nempe, quam PHILIPPVS II. CAROLI V. Imperatoris filius in ea hæreditario iure possedit, & nunc ALBERTVS & ISABELLA Austriaci, dotis nomine possident. Continetque has septendecim ditiones; *Ducatum Brabantiæ, Limburgi, Lutzemburgi, & Geldriæ; Comitatum Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Marchionatum Sacri Imperij; Dominia Friſiæ, Merlinæ, Vitraci, Tranſyſalaniæ, & Groeningæ.* Regiones, si quæ aliæ, cultissimæ; vt in quibus (teste Ludouico Guicciardino) numerantur 208. vrbes, muris, aggeribus, aut fossis munitæ, & plusquam 6300. pagi, templis turrigeris insigniti; præter villas, castella, & arces, quorum in his non exiguus est numerus. Habetque hic tractus (principium sumendo ab Orientali maritima parte, ad fluuium Amisium, vulgò *Eems* huius ad Oceanum terminum) hos Principes vicinos; Comitem Frisiæ orientalis: Episcopum Monasterienſem; Ducem Cliuiæ; Archiepiscopum Colonienſem, & Treuirenſem; & demùm Regem Galliæ, vsque in oram maritimam ad flumen Aa, quòd huius terminus est ad Occidentem. Aër etsi in eo plus æquo humidus videri potest, incolarum tamen sanitati, nec non digestioni admodum conducere putatur; vt qui homines longæuos, præcipuè in Campania Brabantiæ parte, nutrit. Fluminibus irriguis vndique irrigatur: in quibus præcipuè sunt, Rhenus, Mosa, & Scaldis, quibus latissimi sunt aluei. Nemoribus siluisque, quantum voluptati aut venationi satis est, aut Regionis decor exigit, sparsim ornatur. Montes non habet, nisi circa Lutzenburgum & Namurcum; nec non in Hannonia, vbi vspiam collibus attumulatur. Fertilis est frumenti & fructuum omnis generis; etiam herbarum, quarum in medicina vsus est. Nonnullis tamen in locis, quæ incolæ, ob ericæ herbæ inibi frequentiam, Ericeta vocant, veluti in Brabantiæ Campania, &c. minus fertax; sed huiusmodi Ericeta mirum quàm læta pascua pecoribus præbeant, adeò vt nusquam gentium (etiam vicinarum Regionum testimonijs) carnes gustum suauiorem habeant. Animalia humano generi noxia non producit. De Germania Inferiore, seu Gallia Belgica (sic enim Latiniùs eam vocant) si plura voles, consule Guicciardinum, qui eius singula penè opida accuratè descripsit.

Digitized by Google




Digitized by Google

REgio est vt plurimum montosa, & nemoribus passim obsessa; ceterùm satis culta, indiesque siluæ multis in partibus exscindi, solumque in fœcundissimos agros conuerti vidimus. Gens potiore ex parte Germanica; regione tamen Gallicam spectante, eius quoque nationes moribus linguaque vtitur. Termini eius sunt ad Septentrionem Leodienses, & Namurcenses; ad Austrum Lotharingia; ad ortum, Mosella fl. cum Episcopatu Treuirensi; ad Occasum Mosa fl. cum silua Arduenna. Ambitus totius regionis est LXX. milliarium.

Vrbs primaria est *Lutzenburgum*, aut si mauis *Lucenburgum*; vtroque enim modo, & sine delectu aliquo, scriptum reperio; ortographia enim, vti & etymologia, incerta est. Sunt qui eam ab Elza flumine hanc vrbem percurrente (Aliozontia fortè Antonini) quasi *Elzenburg*, & corruptè *Lelzenburg* dici putant: alij eam ad Melusinæ præstigiatricis historiam anilem referunt; sed huiusmodi nec probare, nec refellere animus est. Hic Consilij supremi sedes & tribunal. Vrbs est satis munita, sed inæquali situ; patim enim in monte, partim in infima & præcipiti valle exstructa, disparili admodum forma se spectandam præbet. Sequitur *Arlunum*, iugo collis impositum, opidum satis elegans. Lunam Deam hîc olim gentilicio more cultam, & inde nomen habere, quasi Ara Lunæ, putant. Deinde est *Rodemachera*, *Thionis villa*, in ripa Mosellæ; præsidium hoc totius regionis, & contra hostilem quemuis impetum opidum tutissimum. *Grauemacherum* & *Coningsmacherum* opidula ad eundem fluuium sunt. *Dierichum* ad amnem Suram est. *Virtonium* & *Echternachum*, item *Vianda*. *Basionia* quoque opidum, emporium totius regionis ferè, Arduennæ siluæ imminet. Sunt & *Malmedium*, *Nouum castrum*, *Danuillerium*, *Maruilla*, *Boccha* & *Durbis*, vrbeculæ minimè negligendæ. Item *S. Viti vrbs*, *Marza*, *Inodium*, *Chimium* & *Ferta*. Pagi sunt M.CLXIX. In hoc Ducatu etiamnum ius Latinè dicunt pro more Romano; & sunt qui Luxemburgum à Ptolomæo Augustam Romanduorum appellari censent.

Digitized by Google


LVTZENBVRGENSIS DVCATVS.



Digitized by Google

REgio hæc eſt campeſtris, montibus omnino carens; ſed paſſim ſiluis ac nemoribus ornata. Omnium rerum eſt fertilis, præcipuè frumenti fœcunda; & ſupra modum paſcendis pecoribus, ob pratorum vbique viridantium luxuriem, apta, adeò vt ex vltima Dania emacerata armenta hìc ſaginanda mittantur. Tribus celeberrimis fluuijs, Rheno nempe, Moſa, & Vahali irrigatur. *Nouiomagum* in ea Metropolis eſt, cuius territorium Regni titulo decorata tum olim fuit, hodieque ciuitas Imperialis dicitur, verùm Imperio nulla alia in re ſubiecta, quàm vt in eius agnitionis teſtimonium, quotannis mittat Aquiſgranum chirothecam puluere nitrato impletam. Subeſt enim iure hæreditario ALBERTO & ISABELLÆ Auſtriacis. *Arnhemium* habet Senatus curiam, ſeu Cancellariam ac Iuris Præfecturam. Continet in ſe Comitatum Zutphanienſem, & Dominium Montenſe: nec non eum tractum quem Velaniam, vulgò *de Veluve*, vocant. Eſt autem Velania Inſula, quæ inter Rheni oſtium, qui Arnhemium præterfluit, & Iſalam interiecta, ad mare etiam protenditur, mediocris fertilitatis, nemorum, colliumque copia non infrequens. Plurimi huius inſulæ incolas Caninefates eſſe contendunt. Habet Geldria viginti duas Vrbes muris & foſſis munitas, & ſupra trecentos pagos. Sub Othone III. eius Comite, maxima ſumpſit incrementa; *Ruremundam*, enim, *Arnhemium*, *Harderuicum*, *Bomeliam*, *Goch* & *VVageningam* opida, tunc temporis villas, muris cinxit; & ciuilibus Priuilegijs conſecrauit. Comitatus titulo vſque ad Reinhaldum II. inſignita fuit: ſed cum huius Reinhaldi non ſolum virtus, ſed & potentia vicinis regionis formidabilis eſſet, ac fama iuſtitiæ, pietatis & fidelitatis ipſius erga Romanum Imperium increbreſceret; Francofurti in publicis Comitijs à Ludouico Imperatore, Dux conſecratus eſt, præſentibus Rege Galliæ, Rege Angliæ, & Electorum Collegio, Anno Chriſti milleſimo trecenteſimo triceſimo nono.

Digitized by Google



Digitized by Google

LEODIENSIS DIOCOESIS.

CONtinet hæc regio ſub nomine Leodienſis diocœſis, Ducatum Bullonenſem; Marchionatum Francimontij; Comitatum Hasbaniæ, (aut *Haſſpengovv*) & Loſſenſem, multaſque Baronias, vt vocant. Numeranturque in hoc tractu, præter Traiectum ad Moſam (cuius media pars Duci Brabantiæ paret,) vigintiquatuor vrbes muris munitæ, & mille ſeptingenti pagi templis turrigeris ornati, multæque Abbatiæ & Dominia. Vrbium nomina hæc ſunt: *Leodium* alijs Leodicum, ad Moſam, Epiſcopi ſedes, vnde & regioni nomen: Bullonium, Francimontium, Loon, Borchvvorm, Tungri, Hoium, Haſſelt, Dinantum, Maſeicum, Stochum, Bilſenum, fanum S. Trudonis, Viſetum, Tuinum, Varem, Beringum, Herck, Bree, Pera, Hamontium, Sineum, Foſſa, & Couinum. Leodicenſis Eccleſia olim, vt & hodie, magno in honore fuit, adeò vt obſeruatum ſit, vno eodemque tempore IX. Regum filios, XXIIII Ducum, XXIX Comitum, in Canonica dignitate, reſediſſe, præter Baronum aliorumque illuſtrium virorum liberos.

Regio eſt admodum amœna, omniumque rerum fertilis & fœcunda, in primis verſus Boream, quà ſe Brabantiæ iungit; Vbi frumenti & omnis generis fructuum valdè ferax eſt, nonnullis in locis etiam vini; verſus Meridiem verò, quà Lutzenburgum & Galliam attingit, paulò ſterilior, montibuſq; aſperior, & nemoribus (Arduennæ enim ſaltus totius Galliæ, auctore Cæſare, maximi, hic paſſim cernuntur reliquiæ) horridior. Hæc facies ſoli exterior: intùs autem & in viſceribus, metallorum & varij generis marmorum vbique dives eſt; item carbonum lapideorum, quibus loco lignorum ignes exſtruunt, quique in Prouincias vicinas deuehuntur, pretio in ſingulos annos excedente ſummam centies mille ducatorum: atque hæc omnia ea bonitate & præſtantia, vt trito prouerbio dicant, ſe habere panem pane meliorem; ignem igne calidiorem; & ferrum ferro durius. Hæc ditio Epiſcopum ſuum etiam in temporalibus Principem agnoſcit, qui ſe & Ducem Bullonenſem, Marchionem Franchimontanum, Comitem Hasbaniæ & Loſſenſem, atque alibi Dynaſtam ſcribit.

Digitized by Google




Digitized by Google

BRABANTIÆ DVCATVS.

CONtinet hæc Brabantia viginti ſex ciuitates, vallis foſſiſque & muris circumdatas. Suntque hæ: ANTVERPIA ad Scaldim ſita, emporium non ſolùm Germaniæ, ſed totius Europæ celeberrimum: Aedes prætorias magna impenſa recenter exſtructas in ea videre licet, cuius in tota Europa vix ſimiles reperias. Ambitus eſt extrinſecus IIII. millium DCCCXII. paſſuum, BRVXELLA vrbs fontium perennium ſcaturigine nobilis; hîc Principis ſedes eſt, quæ aulicorum frequentia, nobiliumque virorum magnificentia, ſpectabilem ſe reddit *Louanium*, ampliſſima vrbs, hortos, vineta, paſcua intra mœnia claudit: Muſarum domicilium propriè dixeris, vbi Academiam omnium ſcientiarum refertiſſimam conſtituit Brabantiæ Dux Iohannes IIII. An. M CCCC. XXVI. Pontifice Martino V. approbante Sequitur *Mechlinia*, Concilio regio, quod Parlamentum vocant, inſignis. *Siluaducis* vrbs minimè negligenda, ludo litterario excellens, & pugnaci populo celeberrima. *Thena*, ad amnem Geta, vnde caſei, qui inde nomen habent, magnus prouentus. *Leevva*, optima cereuiſia nobilis. *Niuella*, in qua vrbe Canonicatus eſt feminei ſexus, in quem dumtaxat nobili ſanguine oriundis heroinis aditus patet. *Arſcotum* ad amnem Demeram ſitum, olim Marchionatus titulo, poſteà à Carolo V. Imp. Ducatus elogio dotatum. *Berga* ad Somam, à fluuiolo ſic dicto, quod eam irrigat, cognominata, opidum aliquando nundinis felix, nunc verò ob Antuerpiæ vicinitatem, minus ab exteris mercatoribus frequentatur. *Mega* ad Moſam ſita. *Breda* opidum luculentum, ædificijs perpolitis ornatum. *Steenoberga* in maris littore; hoc olim emporium admodum florens fuiſſe fama refert, hodie verò ad nihilum ferè redactum, luget. *Lira*, elegans opidum & amœnum adeò vt multorum huius tractus nobilium in otio degentium, à curis & turba receſſus ſit. *Viluordia*, hîc arx munita, & Principis carcer eſt *Gembloux* ſiue *Gemblacum*: hîc celebræ eſt Benedictinorum Cœnobium, in quo olim egit Sigebertus Gemblacenſis. *Iudina*, olim ab aeris ſalubritatem Principum huius regionis incunabulum. *Hanutum*, quondam Comitatus, vt fertur, loco fertiliſſimo ſitum. *Landen*, vetuſtiſſimum Brabantiæ opidum nonnullis putatur. *Halen*, bellicis furoribus penè exciſum iacet. *Dieſta*, ad profluentis Demeræ fluminis vtramque ripam exſtructa, vrbs ſpecioſa, & lanificio, incolarum maximo emolumento, dedita. *Sichemium*, ad eundem fluuium opidum non ignobile. *Herentalia*, lanificio quoq; vitam parat *Endouia*, in meditullio ferè Campaniæ ad Dommelam amnem. *Helmondi*, cui caſtrum adiacet. Longitudo Brabantiæ à Gemblaco ad fanum vſque Diuæ Gertrudis eſt milliarium XXV. Habet à Septentrione Moſam fluuium, quo à Geldria & Hollandia ſeparatur, à meridie Hannoniam, Comitatum Namurcenſem & Epiſcopatum Leodicenſem; Ab Occaſu eſt Scaldis cum Comitatu Aloſtenſi.

Digitized by Google


BRABANTIÆ DVCATVS.



Digitized by Google

COntinet hic Ducatus quinque diſtrictus, quas Sedes ſeu Tribunalia vocant: Heruium, Spremontium, Balenium, Valornum, & Monzium. Ciuitas ipſa Limburgum in exelſâ rupe ſita eſt, præcipitijs ac profundis conuallibus vndiq; cincta, & loci ingenio magis quàm induſtriâ humanâ ſic permunita, vt non niſi vnico à meridie aditu molliter accliui ad eam pateat acceſſus. Arx à Septentrione adiacet, paullò infra ciuitatem in ſupercilio collis ita poſita, vt ſuburbijs quondam latè diffuſis tuendis quoque ſufficerit. Veſio flumine alluitur, quod cancris, trutiſque ſingularis magnitudinis, & bonitatis abundat. Facies regionis vt æſtate amœniſsima eſt, ita brumæ tempore frigoribus & pruinis horret, niuium congerie alibi etiam in multam æſtatem perſeuerante, quod argumento eſt, hunc tractum cæteris Germaniæ inf. prouincijs ſitus altitudine præcellere. Incolæ lanificium, vt maximè, exercent, & pannorum copiam quotannis in exteras partes diffundũt. Ferri officina celeberrima non procul ab vrbe diſtat. Sulfuris inſuper frequentibus fodinis regio diſtinguitur, nuper etiam ſtanni plumbique venis adinuentis. Limitibus clauditur ab Occidente Leodicenſi diœceſi, & Traiecto ad Moſam: à Septentrione Ducatu Iuliacenſi, ab Oriente Aquiſgrano, & à Meridie Comitatu Francimontano, nobilibuſque illis Spadanis fontibus. ſupra quos ad Orientem ſylua ericetis & arbuſtis ſuis venationi ſeruiens, quam *Fangiam* vocant, longè lateque ſe extendit.

Digitized by Google




Digitized by Google

FErax rerum omnium eſt hæc regio, quibus vitam humanam tueri eſt neceſſarium. Ferri fodinæ hic multæ ſunt. Eruuntur quoque lapides atri, aut potiùs carbones lapidei, quos nos Teutones *Steenkolen*, incolæ (quemadmodum & Eburones, apud hos enim æquè reperiuntur) *Hoille* nominant: λιθάνθρακες vocant eruditi. Horum lapidum mira eſt natura: cum cetera namque omnia oleo inflammeſcant, iſti affuſa aqua inardeſcunt, oleo autem exſtinguuntur. His indiginæ vicinæque regiones, (hinc enim in proximas regiones exportantur) luculentos ignes in ædibus exſtruunt: ferrifabri quoque ferrum faciliùs, quàm alia quauis materia, molliunt. Sunt hic quoque lapicidinæ ex quibus nigra, ſubrufa, item variegati coloris marmora excíduntur, quibus circumiacentium regionum ædificia, templaque magnificè exornantur; vnde huic tractui non paruæ diuitiæ accedunt.

Habet hic Comitatus aliquot vrbes mœnibus firmatas, vt *Namurcum*, *Bouinum*, *Carolomontium*, & *Vallencuriam*. Namurcum, vt diximus, primaria eſt ciuitas, Epiſcopali ſede ornata: ſita admodum oportunè in duorum fluminum, Moſæ ſcilicet & Sambræ, Iulio Cæſari Sabis, confluente; vtriuſque fluminis ripas pontibus lapideis connectit. Diſtat VIII. mill. Louanio. x. Leodio, & totidem Bruxellis. Hic Conſilium totius regionis. Bouinum in ripa quoque Moſæ fluminis læua eſt, opidum pulcherrimis ædibus, frequentiaque incolarum olim ſpectabile, nunc autem bellorum rabie deformatum, non adeò elegans. Carolomontium arx eſt, ſi quæuis alia inexpugnabilis, ad ripam item Moſæ à Carolo V. Imp. ædificata & nominata; ad pagum Giuet dictum, in montis faſtigio viſitur. Vallencuria quoque non eſt contemnendum opidulum. Sunt inſuper ſub huius Comitatus nomine præter Abbatias quamplurimas, pagi centum octoginta duo; inter quos quidam, vt *Floreu*, *Vaſcie*, *Sanſon*, &c. amplitudine & elegantia vſque adeò præeminent, vt cum opidulis certare poſſint.

Digitized by Google



Digitized by Google

VRbes in hac regione primariæ ſunt *Montes* & *Valencena:* hæ ad Scaldim flumen, vbi id nauigia ferre incipit, ſitæ; amplitudine & vallatis mœnibus inclytem ſunt Plebs mercimonijs & negotiationibus vt plurimùm indulget; magnumque ſibi emolumentum ex eo panni genere, vulgò fuſſettis, quod in hac vrbe magna quantitate texitur, atque hinc in remotiſſimas orbis regiones auehitur, parat. Montenſis vrbs fluuiolo Trullæ inſidet; mediumque regionis ferè occupat. Vrbs admodum munita, atque aduerſus hoſtium inſultus tutiſſima. Plebs opulenta, plerumque rem faciens ex telæ quodam genere; quod vernaculè *ſayam* appellant: cuius ibi ingens copia conficitur. Sunt præterea *Condatum*, *Halla* Deiparæ Virginis cultu celebris, *Angia*, *Malbodium*, *Aueſna*, *Bellus-mons*, *Chimiachum*, *Quercetum*, *Binchium* Mariæ Caroli V. Imp. ſororis à curis diuerticulum, atque exſtructis ibidem ædibus planè magnificis, quondam in delicijs habitum; ſed poſteà ab Henrico II. Gallorum rege incendio & ruina fœdatum. Eſt item *Bauacum*, vulgariter *Bauais*, quod nonnulli Baganum vel Bagacum Ptolemæi eſſe arbitrantur; nonnulli illud Belgium Cæſari in ſuis Commentarijs dictum volunt. Hubertus Leodius tamen non exſtimat Cæſaris temporibus tam potens fuiſſe, ſed ſub Conſtantino Imp. potiùs floruiſſe: idque ex numiſmatibus quæ ibi magna quotidie copia huius imagine ſignata effodiuntur, colligit. Viſitur in huius foro columna lapidea, ſub qua ab incolis inchoare omnia iſtarum viarum capita referuntur, quæ ab eo loco in omnes Galliæ partes, ſublimi atque recto tramite exporriguntur. Has Brunehildi opera conſtratas fama loquitur. Eius quoque nomenclaturam in hunc vſque diem ſeruant: *Chemins de Brunehault* Gallicum vulgus, Germanicum verò *de kaſſije* vocat. Durant vſque hodie harum viarum plurimis in locis veſtigia, ſed interrupta. Hæ id præſertim miraculi habent, (vt ſcribit Bouillus) quòd ſublimiores ſint vicinis vtrimque agris; quòd inter inſignia Galliæ opida rectiſſimum iter oſtendant: quòd ſilicinis lapillis, qui etiam vicinis in agris deſunt, ſternantur; adeò vt quaſi ab humo ebulliuiſſe ſilices, vel æthere ſublimi eos pluiſſe quis iudicet, vel alia quàm humana manu & opera vndecunque toto orbe lectos, in eiuſmodi viarum ruderationem, quis demiretur. Sunt quoque in huius regionis limite verſus Moſam fluuium quà in Galliam iter patet, *Carolo-mons*, *Maria burgum*, & *Philippopolis*, (vulgo *Philip ville*) in hoc tractu contra Gallorum irruptiones fortiſſima præſidia; à Carolo V. Imp. Maria eius ſorore, & Philippo eius filio, exſtructa & denominata. Longa eſt vniuerſa regio XX. mill. lata XVI. Habet pagos CM. I. quorum pleriquè amœni & opulenti. Principatus hic vnus eſt CHIMAY. Comitatus X. Baronatus XXII. Abbatiæ XXVI. Patres XII. Habet & alias dignitates, quas omnes referre nimis prolixum foret.

Digitized by Google



Digitized by Google

ARTESIÆ COMITATVS.

TOta hæc regio veteri Comitatus titulo insignita, satis latè patet: nam à Cameracesij, Picardiæ, Hannoniæ, & Flandriæ finibus, ad mare vsque Oceanum protenditur. Olim regno Franciæ subiecta, nunc beneficio pacis inter Carolum V. Imp. ac Franciscum I. Galliæ Regem An. 1529. initiæ, sui iuris facta est. Duas habet insignes ciuitates, *Atrebatum*, & *Eanum sancti Audomari* Opida sunt, *Aria*, *Hesdinum*, *Lensium*, *Bethunia*, *Bapalma*, *Fanum sancti Pauli*, *Lillerium*, *Perna*; quæ loca omnia ALBERTO & ISABELLAE Austriacis parent. Ciuitas Bollonia, Caletum, Guisnea, & Ardera (quæ etiam eiusdem Comitatus fuerunt) Regi Galliæ obediunt. Morinorum vrbs funditus deleta est. Habet & complutes arces seu castra, præter innumerabilia nobilium castella, quibus pro domibus vtuntur. Episcopatus duos insignes ab antiquo comprehendit, Atrebatensem ac Morinensem; sed post deletos funditùs Morinos An. 1553. hic posterior in tres sedes diuisus est; Audomarensem, & Yprensem pro medietate, & Bollonienſem ex altera parte. Balliuatus seu Castellanias maiores tamquam ipsius Comitatus membra, aut partes primarias, nouem habet, Atrebatensem, Audomarensem, Morinensem, Ariensem, Hesdinienſem, Lensiensem, Bapalmensem, Auenienſem, Bredenardenſem, & Aubigniacenſem. Habet insuper hæc prouincia cœnobia quamplurima, & in his Abbatias octo & viginti; insigniores autem sunt, Sancti Vedasti Atrebatensis, Sancti Bertini Audomarensis, Sancti Saluatoris Aquæcinctensis iuxta Duacum, & Montis sanctis Eligij iuxta Atrebatum. Plures similiter fluuios habet: celebriores sunt, Lysa, Scarpus, Aa, Cachia & Authia, præter alios riuos etiam nauigabiles.

Numerus pagorum & villarum totius prouinciæ ingens est. Solum ipsum omnium frugum, & maximè frumenti feraciſſimum & abundantiſſimum est: vnde veteri lingua Gallica *Atrech* (quod solum panis significat) dictum nonnulli scripsêre. Frumenti enim copiam non suis tantùm abundè suppeditat, sed vicinis quoque Flandris, Brabantis, aliisque. Siluis etiam & nemoribus non caret, sed præcipuè qua parte ad Meridiem & Occidentem spectat. Pluisse autem lanam apud Atrebates suo tempore, auctor est Hieronymus, & alij auctores. Hæc etiamnum religiosè asseruatur, & ab incolis Sacrum Manna vocatur.

Digitized by Google



Digitized by Google

FLANDRIÆ COMITATVS.

FLandriam in tres partes diuidunt, in Teutonicam, Gallicam & Imperatoriam, *quam & Propriétariam (quòd nunquam Superiorum præter Flandriæ principem agnorit) nominant. Teutonica Flandria has habet vrbes;* Gandauum, Brugas, Ypram, Curtracum, Aldenardam cum Pamelia, Neoportum, Furnas, Bergas, Sluſam, Dammũ, Bierfletum, Dixmudã, Caſſeletũ, Dunkerkã, Greuelingam, Burburgum, & Hulſtum. *Gallica;* Inſulas, Duacum, Orchiacum. *Imperiatoria,* Aloſtum, Teneramundum, Gerardimontium & Niniuen. *Flumina eius celebriora ſunt: Scaldis, Liza & Tenera. Regio maximè paſcuis abundans, in primis Occidentem verſus, Boues, equoſq; præſtantiſſimos, belloq; aptos gignit. Caſeo, butyroq; abundat. Tritici admodum fœcunda & nobilis. Populus ferè mercaturam exercet: atque ex lino (cuius hîc maximi fertilitas & excellentia eſt) lanaq; (quæ ex Hiſpania & Anglia huc aduehitur) pannos lineos laneoſq; magna copia conficit, latiſſimeq; diſtrahit. Habet hæc Flandria* XXVIII. *ciuitates muro cinctas:* MCLIIII. *pagos, præter Arces, Caſtella, & nobilium Aedes. Inter quas eſt Gandauum maxima ciuitas, tria milliaria noſtratia in ambitu continens. Tribus fluminibus irrigatur, quibus in viginti inſulas habitatas diſtinguitur. Brugæ, multitudine atque elegantia ædium, omnes Germaniæ Inferioris ferè vrbes exſuperat; emporium olim tam celebre, vt Flandriæ nomen (inquit Iacobus Marchamius) per eam occaſionem vicinas regiones velut obfuſcauerit. Ypra, flumen Hypram habet, fullonibus aptiſſimum: creuitq; laniſicio in vaſtam olim magnitudinem, donec ab Anglis & Gandauenſibus obſeſſa, diſiectis ampliſſimis ſuburbijs, magnoperè diminuta fuit. Quemadmodum triuali paræmia Mediolanenſis inter omnes Chriſtiani orbis Ducatus eminere dicitur, ita & hunc Flandriæ Comitatum ceteris antecellere prædicant. Habet quoque quaſdam prærogatiuas, veluti quòd eius Princeps ſe Comitem Flandriæ Dei gratia ſcribat, quod cum ſolo Rege commune habet. Nulli enim Principum Chriſtianorum, extra vnum Flandrum hoc datum eſſe, ſcribit Meyerus; cùm alijs omnibus ſolitum ſit addere, Dei clementia, Deo adminiculante, &c. De Flandria qui plura volet cõſulat Iacobum Marchamium.*

Digitized by Google



Digitized by Google

ZELANDIÆ COMITATVS.

ZElandiæ nomen recens eſt, ac veteribus incognitum, à terra ac mari conflatum, quaſi dicas, Terram ac ſolum maritimum: mari enim vndique cingitur, multiſque inſulis diſtincta eſt, nempe quindecim: tametſi paucis ab hinc annis magnam cladem huic regioni Oceanus intulerit, cuius ſæuitia atque immanitate, magna Zelandiæ pars, diuulſis ac diſſipatis funditùs aggeribus, ſalo oppreſſa eſt, atque mariæquata: ſubſiſtunt tamen inſignes aliquot inſulæ, quarum tres præcipuæ cum Oceani æſtu continenter luctantur, atque immenſis ſumptibus, aduerſus barbarum hoc atque indomitum elementum ægre ſe tuentur. Inter has primum ex alto in portum delatis ſe offert *VValachria*, vel ab eius cultore ſic denominata, vel (vt conijcio) à Gallis, qui hanc oram frequentabant, qui Belgica voce etiam nunc *VValen* vocantur; aut ab ea parte Angliæ, in qua verſus Occidentem conſiſtunt Walli à Gallis etiam oriundi, quod idioma eorum hodieque indicat. Hinc Aquilonem verſus, aut ab Ortu ſolſtitiali oppoſita eſt *Scaldia*, à præterlabente Scaldi flumine ſic nominata. *Suytbeuelandia*, quæ à ſolo Auſtro oppoſito ſic denominata eſt, ſpacioſiſſimo amœniſſimoque verſus Flandriæ ac Brabantiæ oras tractu exporrecta, tametſi paucis ab hinc annis maximam iacturam paſſa, dimidio iam ſit anguſtior. Incolæ ſunt ingenioſi, ſagaces, prouidi, ac nauigandi artis peritiſsimi & æui ferè breuioris, ob cœli fortaſſe grauedinem. Multos autem viros inſignes protulit Zelandia, in his Paulum Middelburgium Epiſcopum Sempronienſem, Cunerum Petri Epiſcopum Leouardienſem, Nicolaum Euerardum primùm patriæ prouinciæ, pòſt Senatus Mechlinienſis Præſidem, cui quattuor fuêre doctiſsimi liberi; Euerardus Nicolaius, Nicolaus Grudius, Hadrianus Marius, & Ioannes Secundus Hagienſis, qui editis in vulgus libris innotuerunt. Extulit & Hadrianum Barlandum Hiſtoricorum, Læuinum Lemnium Zirizæum Medicum pòſt in patria Canonicum, alioſque.

Digitized by Google


25
Septentrio.
26
52
ZELANDIA.
Occidens.
Oriens.
45
30
15
Meridies.
Goree
Flacker
Voorn.
Voorn.
Scouwen.
Duue lant.
Nort Beuelant
Walcheren
Veer
Middelborch
Zuijt
Beuelant
Vlissingen
Vlielandt
Vissingen
Mugeren
Sluijs
Axele
Hulst
Cadsant
Lillo
Antwerpen
Bergen op zoom
Wörnsbrecht
Ostendrecht
Rosendael
Oudenbosch
Breda
Willemstat
Steenbergen
Hollandiæ pars.
Miliaria Zelandica
1
2
3
4

HOLLANDIÆ COMITATVS.

HOllandia vbique ferè mari, Mosæ, Rhenique ostijs, instar peninsulæ septa est, non admodum spatiosa, vt quæ sexaginta milliaribus nostratibus in orbem tantùm pateat. Cõtinet tamen vnde triginta vrbes muris cinctas. quæ sunt *Dordracum*, ante centum quinquaginta plus minus annos insula maris inundatione facta: hæc quatuor fluminibus alluitur. Vrbs est potens, ciuibus locupletiss. habitata, & pulcherrimis ædibus tam publicis quam priuatis exculta. Magnus hic mercatorum confluxus: est enim hic nundinatio seu (vt vulgo vocant, Teutonica voce *Stapel*) stabulum Rhenensis vini, frumenti, aliarumque mercium, quæ Rheno, Mosaque in has regiones nauigio venalia importantur. *Harlemium*, amplissima hæc est totius Hollandiæ vrbs, sita loco peramœno. Mœnia egressis statim occurrit nemusculum, quo ciues se festis diebus à labore & curis reficillent, idoneum. Delphi à fossa quam *Delft* vulgò appellant, nomen habent. Lanificium hic ciues exercent. Optima hic etiam cereuisia coquitur, quæ plurima in Zelandiam asportatur. *Leyda*, ad Rhenum non longè ab eius olim ostio, quod nunc arena obstructum cernitur. Opidum huius regionis verustissimum putatur, à Legione enim Romana hic olim hibernante nomen habere credunt, vocantque latiniori voce *Lugdunum Batauorum*, *Gouda* à fluuio nomen habet & incolis frequens est *Amsterodamum*, ad sinum Tia vocatum magnificè exstructum, emporium est populosissimum. Per singulas ferè plateas Venetiarum instar, nauigio si mauult quàm pedestri itinere, negotia sua quiuis obire potest. Secundum ea vrbs post Antuerpiam, in mercatura locum apud Belgas habere vulgò perhibetur. *Enchusia* ad littus maris, quod vernaculè *Suyderzee* appellant, sita, nauium maximarum fabrica, etiam exteris innotuit. *Horna*, ad eundem sinum posita: Nundinæ hic celebrantur mense Maio, vbi butyri caseique maxima copia distrahitur. *Alemaria*: hic locus casei butyrique prouentu ceteris huius regionis ciuitatibus antecellit. *Purmerendum*, arce Comitum Egmundanorum clarum. *Edamum*, fabricandis nauibus, & optimis caseis, etiam nomen meruit. *Monichedamum* præterea, *VVespa*, *Nardena*, *VVoerda*, & *Aquæ veteres*; *Ondewater* dicunt. Cannabis in huius territorio magna fertilitas, adeò vt hîc ferè omnia retia, funes atque rudentes quibus Hollandi, Zelandique in piscationibus vtuntur, conficiant. *Schoonhouia*, quasi bellos hortos dicas. Hîc salmonum (quorum hic etiam stabulum, vti vini diximus Dordraci esse) assidua piscatio. Postea est *Iseistenum*, *Viana*: Item *Lærodamum*, *Aspera*, & *Hueckelen*, vrbeculæ in ordem ad amnem Lingam sitæ, quingentis passibus dumtaxat ab inuicem distantes *Gorichum*, & *VVorichum*, ad ripam Vahalis fluuij è regione exstructa sunt. Sunt deinde *Huesden*, *Roterodamum*, *Schiedamum*, & vterque Mons, alter à Diua Gertrude, alter à septenario numero notus, *Seuenbergen* & *Geertruyden-berge*. Alia præterea quædam opida habet, vt *Medemblichum*, *Beuero vicum*, *Muidam*, *Neoportum*, *Vlaerdingam*, & *Grauesandam*. Supra quadringentos insuper pagos, inter quos supereminet *Haga Comitis*, iam olim Comitum Hollandiæ, & Senatus prouinciæ sedes, ob summam loci amœnitatem.

Digitized by Google




Digitized by Google

FRisij veteribus fuerunt, qui littora Germaniæ Aquilonaria tenent; vna gens, vnis moribus, longo licet interuallo distans, per Germaniæ littora. Ab Hollandia enim in Occidentem sumpto initio, Orientem versus per Gelriam, Isalam Rheni brachium, Diocœses Traiectensem, Monasterienſem, & Bremensem, ad Albim fluuium vsque pertingit: Deinde ex latere Holsatiæ in Iutiam, quæ & Cimbrica Chersonesus, se flectit, interciſa aliquando paludibus (quas immensos lacus vocat Tacitus) aliquando maris finibus. In horum finibus *Amisia* fl. cuius meminit Tacitus, vulgò *Eems*, iuxta Emdam in Oceanum effunditur. *Iadera* amnis, cuius Ptolemæus meminit, qui Iada vulgò appllatur, Frisios lambit; à quo adiacens ora *Budiagen* dicitur. At *Vidrus* per Busactores nunc Westphalos, & Frisios in mare inter Rhenum & Amisiam fluens, Nigra vnda dicitur.


Hodie non tam latè patet eorum nomen, diuiduntuŕque Amisia fluuio, in Occidentales & Orientales. Occidentalis Frisiæ nomen quasi proprium sibi antiquissimo iure vindicat, ceteriſque semper præstantior est habita. Olim enim regio diademate claruit, ad Caroli Magni vsque tempora. Sunt in ea quadringenti & nonaginta pagi, quorum nonnulli eximijs priuilegijs dotati, colonis & diuitijs affluunt. Patet autem ab Isalæ seu fossæ Drusiane ostio ad Amisiam vsque fluuium: & Ostergoam, Westergoam, Septem siluas, Groeningam inclytam vrbem, cum circumiacenti territorio complectens, pecore pascuiſque exuberans, & pagis atque ædificijs plusquam vlla alia regio exculta; cui Transisalania, Drenta, Tuentaque iunguntur; Regiones pingui gleba exuberantes, ac pagis & ædificijs excultissimæ, pecorumque læto prouentu gaudentes. Totus hic Frisiæ Occidentalis tractus ampliſſimus, ad ALBERTVM & ISABELLAM Austriacos, iure hæreditario pertinet. Orientalis verò proprium habet Comitem, quem & Emdanum vocant.

Digitized by Google


27
Septentrio.
28
29
Milliaria Frisica
Pilsum
Emden
Dockum
Vlekerck
Watum
Flalorp
Damme
Old houen
Groeningen
Delfsiel
Dollart
30
Franiker
Leeuwerden
Groote gast
Craepswolde
Oosterlee
Oosterlingen
Faen
Westerlee
Occidens.
Oriens.
Harlingen
Roeden
Duvels cutte
Thorn
Wedde
Werckum
Sneeck
Ness
Wingeterp
Aschendorp
Ilst
Drent.
Asselen
Oderen
WEST:
PHALEN
Sloten
De seven wolden
Bylen
Tioncke meer
Wapserveen
Sweel
53
Havelt
Steenwyck
FRISIA.
27
Meridies.
28
29

DAnia mediis pelagi fluctibus interciſa, paucas ſolidi continuiſque tractus partes habet, quas varia vndarum interruptio pro varia freti obliquitate diſcriminat. Ex his *Iutia* magnitudinis & ſitus ratione Danici regni principium tenet, quæ ſicut poſitione prior, ita ſitu porrectior, Theutoniæ finibus admouetur. A cuius complexu fluminis Eydori interuentione diſcreta, cum aliquanto latitudinis excremento, Septentrionem verſus in Norici freti littus excurrit. In hac ſinus, qui Lymicus appellatur, ita piſcibus frequens exiſtit, vt non minus alimentorum indigenis, quàm ager omnis exoluere videatur. Huic etiam *Freſia* minor adiacet, quæ à *Iutia* prominentia ſubſidentium camporum ac gremij deuexioris inclinata receſſu, maximos frugum prouentus beneficio Oceani inundantis aſſequitur. Cuius refluxionis vis, plus vtilitatis an periculi incolis afferat, ambiguum exſtat. Siquidem tempeſtatis magnitudine perruptis æſtuariis, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi ſolent, tanta aruis vndarum moles incedere conſueuit, vt interdum non ſolùm agrorum cultа, verùm etiam homines cum penatibus obruat. Poſt Iutiam, inſula ad Orientem verſus *Fionia* reperitur, quam à continenti anguſti admodum æquoris interiectio abrumpit. Hæc ſicut ab Occaſu Iutiam, ita ab Ortu Sialandiam proſpectat, conſpicua neceſſariarum rerum vbertate laudandam: quæ amœnitate cunctas illius Regionis Prouincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur, ab extimæ remotionis limite pari ſpatiorum intercapedine diſparata. Ab huius Ortiuo latere, Occaſiuum Scaniæ media pelagi diſciſcit interruptio, optimam prædæ magnitudinem quotannis piſcantium retibus adigere ſoliti. Tanta ſiquidem ſinus omnis piſcium frequentia repleri conſueuit, vt interdum impacta nauigia vix remigij conamen eripiat: nec iam præda artis inſtrumento, ſed ſimplici manus officio capiatur. Hæc ferè Saxo Grammaticus. Vide & Albertum Crantzium. Hoc Daniæ, ſiue, vt alij nuncupant, Datiæ Regnum Ptolemæo eſt Cimbrica Cherſoneſus.

Digitized by Google



Digitized by Google

THIETMARSIA.

MArſorum, qui à Marſio originem trahunt, meminit Strabo; eoſque ante multa ſecula ex locis Rheno finitimis, in profundam atque paluſtrem regionem migraſſe memorat. Horum pòſt Theutomarſi, ſiue vt vulgò pronunciant, Thietmarſi, ante cccc. annos, antiquiſſ. Stradenſium familiæ paruerunt, quorum multos fraude oppreſſerunt; ſeque in libertatem, eiecta omni Nobilitate, vindicarunt. Vicit eos Henricus Leo Saxoniæ Dux. Sed eo ab Imperatore Frederico proſcripto, Rex Daniæ VValdemarus terram occupauit, cumque Thietmarſorum opera contra Adolphum Holſatiæ Comitem, & Lubecenſes vteretur, defecerunt adhoſtes; à quibus Rex apud pagum *Bornhouet* profligatus fuit. Ita demiò libertati reſtituti, ne Anarchi viderentur, Archiepiſcopum Bremenſem Principem ſumpsêre. Sæpè ab Holſatis tentati, ſemper eos repulerunt. Imperator Fredericus III. terram Ducatus titulo contulit Regi Daniæ Chriſtiano primo: cuius filius Ioannes, cùm An. M. D. ipſis bellum inferret, omnibus ſuis copijs cæſis, vix cum paucis fuga elapſus eſt, amiſſa maxima parte Holſaticæ Nobilitatis. Ab eo tempore inſolentiores victoria facti, plurimum negotij Holſaticis Principibus fecerunt. Adolphus filius Regis Daniæ Friderici, heres regni Noruegiæ, Dux Sleſuici & Holſatiæ, indignè ferens illorum petulantiam, An. M. D. LIX. milites conſcribit, cui Rex Daniæ Fridericus II. & Iohannes frater, ſocia arma iungunt. Collectis omnibus copijs, capitur Meldorpium, cum tota parte Auſtrali. Deinde interiectis paucis diebus, per vallum Tilenbrugge copiæ ducuntur: quibus Thiermarſi ex Hemmingſtadio ante opidum Heydam obuiam proficiſcuntur, expulſuri pugna milites ex itinere fatigatos: ſed aliquoties repulſi, prœliumque renouantes, demum cæduntur, fuganturque & Opidum incenditur. Cæſa ſunt eo die Thietmarſorum tria millia. Dux Adolphus, cùm militibus continendis, qui ſe iam in fugam coniecerant, ſtrenuè operam nauaret, vulnus accepit. Fuit is dies XIII. Iunij. Hac clade accepta, Thietmarſi Regi & Principibus ſupplices facti, veniaque impetrata, in gratiam redierunt: atque ita Thiermarſia, quæ per multa ſæcula libertatem ſuam armis tutata eſt, Holſatiæ Principibus paret. Vide Albertum Craetzium in Saxoniæ deſcriptione.

Digitized by Google



Digitized by Google

REgio eſt ſatis frugifera, ſed earum rerum, quæ magis alendis gregibus quàm hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, vt ſunt poma & nuces, item glandes, quibus ſaginantur porci; his enim in primis abundat, & horum pernas fumo exſiccatas longè lateque apud exteros diſtrahunt: nomen enim inter cupedias menſarumque delicias merentur pernæ Weſtphalicæ. Has etiam fumo percoctas edere, incolis non inſuaue eſt. Fertilior eſt circa Suſatum & Hammonem; & fertiliſsima in ditione Paderbornenſi ac Lippienſi. Habet & ſua paſcua Monaſterienſis diœceſis; item is tractus qui alicubi Viſurgim fluuium reſpicit. Nemoroſa eſt per totam Surlandiam, & Bergéſem Comitatum; metallis non caret in ditione Colonienſi,& Comitatu Marchico.Gentem habet venuſtam, elegantis & proceræ ſtaturæ,fortem,robuſtamq; corpore, & audacem mente. Militiam habet copioſam, promptamque ad arma,& mox paratam.

Veræ Weſtphaliæ ciuitates primariæ ſunt *Monaſterium*, *Duſſeldorpium*, *VVeſalia*, *Oldenburg*,*Oſnaburgum*, *Minda*,*Heruordia*; & minoris nomini; *VVidenbruge*, & *Coeſueldia*. Monaſterium Ptolemæo Mediolanium, vulgò *Munſter*, totius Weſtphaliæ Metropolis eſt Epiſcopali ſede inſignis. Hanc Anabaptiſtæ cum occupaſſent, nouam Ieruſalem dixerunt, quæ à Catholicis Principibus anno 1535. ipſo die D.Ioanni Bap. ſacro recuperata eſt: Ioanne Leydenſi ſartore coniurationis principe, qui ſe Regem Iſrael & Sion appellabat capto, & caueæ ferreæ viuo incluſo, atque è turri S.Lamberti in perpetuum ſpectaculum ſuſpenſo.

Digitized by Google

WESTPHALIA.



Digitized by Google

VEtus & antiqua Saxonia olim comprehenſa fuit inter Albim & Rhenum fluuios, ſecundùm eius longitudinem; latitudo verò, à mari Germanico, & Eydora amne, vſque ad Haſsiam & Turingiæ confinia pertingebat. Huius vmbilicus & centrum ferè erat Brunſvvicum. At hodiè non ita naturalibus limitibus, vti ſunt flumina aut montes; ſed ſecundùm Principum dominia aut imperia terminatur. Itaque hodie Saxonia duplex eſt, diuidituréque in Superiorem, & Inferiorem. Superior eſt, quæ titulo Ducatus ornatur: eiuſque Dux vnus eſt ex Septem-viris Principibus, qui Imperatorum electioni præſunt. Huius præcipua opida ſunt; *VVitteberga* & *Torga*. De Saxonia, eiuſque antiquitatibus, exſtat integrum volumen Alberti Crantzij. Item Witichindus legendus eſt ab his qui eorum ſitum & res geſtas ſcire deſiderant.

Voitlandia regiuncula Marchionibus obedit. Hanc Aeneas Siluius Aduocatorum terram vocat, & Prætorianam, ex eius etymologia vocabulum fingens, quòd *Voyt* Germanicè Aduocatum ſeu Prætorem ſignificet. Nomen ab eo ſortita, quòd quatuor olim Romani Imperij Prætoribus ſuberat. Habet in ſua vicinia celebrem illum montem, quem Piniferum vocant, in quo IIII. fluuiorum, ad IIII. mundi cardines mirabili Naturæ maieſtate permanantium, fontes: Egræ videlicet, Mœni, Nabæ & Salæ. Voitlandiæ opida ſunt Chulmacum, vulgò Kulmach, Curia *Zumhoff*, Zibicka, Zvvick, aliàs Cignæum opidum.

Digitized by Google


SAXONIA.



Digitized by Google

MArchionatus titulum huic regioni contulit Imperator Henricus eius nominis primus, cuius incolæ cùm adhuc à Christiana religione alieni essent, sermone vtebantur Vandalico seu Slauonico: verùm posteaquam armis subacti fidem Christianam amplexi sunt, vnà cum ea Saxonicam linguam receperunt. Tota Prouincia in duas Marcas dispertita est, Antiquam & Nouam: quarum hanc Odera; illam verò Albis fl. mediam præterlabitur. Irrigatur præterea & alijs duobus fluminibus, qui vulgari lingua Spre & Hauella nuncupantur. In ripa Spre exstructum est *Berlinum*, vbi Principum Brandenburgensium curia est. Hauella Brandenburgum præterfluens illud in duas partes diuidit. Ab hac vrbe tota regio nomen accepit. hic sedes est episcopalis, & supremus Marchionum senatus. Brandèburgi vocem nonnulli à Brandone quodam Franconiæ Principe deductam volunt, qui tractum hunc armis olim in potestatem suam redegerit: quorum opinionem vtcunque probabilem reddit Francofurti vrbis nomen, à Francorum traiectu deriuatum. Hæc ad Oderam fluuium piscium copia abundantem sita est, academiamque habet anno à natali Christi 1506. à Ioachimo Marchione institutam multisque exornatam Professorum stipendijs: quin & aniuersarijs nundinis frequentatur. Est autem aliud hoc Francofurtum à Francofurto ad Mœnum Fl. sito, nundinis vernalibus & autumnalibus toto penè terrarum orbe celeberrimo. Havelburgum ad Hauellam amnem positum ad Episcopi spectat iurisdictionem. Porrò Brandeburgensis Marchio Elector est Imperij, & inter opulentissimos potentissimosque Germaniæ Principes numeratur; quippe qui preter Marchiam vtramque etiam in Lusatiæ Comitatu & in Silesia vrbes multas possidet.

Digitized by Google




Digitized by Google

FRanconia partim plana est, & partim montosa; montes ipsi haud difficiles sunt: ager non admodum pinguis; nam plerumque arenosus est. Multis in locis consiti colles vineis, gratum producunt vinum; maximè verò apud Herbipolim (vulgò *VVirtzburg*) multæ siluæ, & multa venatio est. Terra in multos partita est Dominos. Moguntina Ecclesia & Bambergensis plurima obtinent loca. Palatinus quoque Comes haud paruam occupat partem. Marchiones orantes in ea sunt. Multæ præterea Ciuitates Imperiales apud Francones florent. Episcopus tamen Herbipolensis, Franconiæ se Ducem, vt qui eius magnam etiam portionem possidet, ab antiquo scribit.

De Norimberga dubium est, Franconiæ an Boiariæ cedat; ipsum nomen indicat ad Boiarios Vrbem pertinere. Norimberga enim Noricum montem significat; quam ob rem patet Noricorum Ciuitatem fuisse. Noricis autem Boiarij succesſere: & nunc ea portio terræ Boiariæ, quæ inter Danubium & Norimbergam iacet, Noricum appellatur. Ciuitas tamen in Parœchia Bambergensi est, quæ ad Francones pertinet. Ipsi Norimbergenses nec Boiarios, nec Francones videri volunt, sed tertium quoddam separatum genus. Vrbs ea magnificis operibus publicis ac priuatis ornata est. Amne Pegnitio interlabitur, in agro sterili & arenoso condita, atque ob eam rem industrioso populo: omnes enim aut opifices sunt, aut negociatores: hinc multæ illis diuitiæ, & magnum in Germania nomen. Aptissima Imperatorum sedes, & in medio fermè Germaniæ sita. Ex Franconia Franci populi traiecto Rheno in Galliam transiêre, sub annum Christi 410. Vnde ad distinctionem Franciæ Gallicæ, Franconia, vocatur Francia Orientalis.

Digitized by Google




Digitized by Google

BOHEMIA.

VNiuersam Bohemiam Hercynia silua perpetuo ambitu cingit, clausitque circum vndique ad Amphitheatri faciem. Vnde æqua ei ferè longitudo atque latitudo, atque vtraque paulo amplius ducentis millibus passuum extenditur. Inter opida Bohemiæ insigniora numerantur, Marcomanniam versus, quæ hodie Morauia appellatur, *Mutha*, *Chrudima*, *Hradecium regina*, *Pardubicium*, *Lytomissium*. Inde à limite Noricorum, quos Bauaros cognominant, *Glatouia*, *Demazlicium*, *Misa*, *Tachouia* eminent. Ab eo verò latere, quod ad Austriam spectat, locum primum obtinet *Budusicium Crumlouia*, *Trebonia*, *Hradecium Henrici*: sicut à Misnia, *Pons*, *Cadana*, *Chomutouia*, *Austia*. Nam Quadis, nunc *Silesijs*, *Hiaromirium*, *Glacium*, *Curia*, & quædam alia opida proximant. Introrsus porrò celebrantur, *Guthna*, *Colomia*, *Pelsina*, *Verona*, *Zatecium*, *Launa*, *Slana*, *Lytomericium*, *Taborium*. Cæterùm omnibus antistat *Praga* Imperatoris hodie sedes, tantæ magnitudinis vrbs, vt vna tres amplissimas vrbes complectatur. Veterem, Nouam, & Tertiam, quam Paruam vocant, à duabus prioribus, flumine Vultauia disiunctam. Aedificia in singulis, tam priuata quàm publica dignitatis plena, & magnificentiæ. Duas præterea possidet arces, alteram Vissegradum appellant, quondam regum sedem, nunc bellorum ciuilium iniuria, penè desolatam. Altera verò arx, quæ minorem Pragam despectat, quemadmodum dicitur, ita iure optimo haberi debet Regia. Quippe, non arcis modò, sed vrbis potius speciem repræsentare videtur, tantum videlicet loci, mœnibus, ædificijsque occupat. Palmam inter publica opera ferunt, templum, & palatium illud Caroli, hoc Vladislai regis opus. Bohemus contemptum libenter erga alios verbo factoque ostentat suum, ipsumque adeò fastum incessu, gestu, pompa, prodit. Est & feroculus, cùm fastidiosè tractatur, insuper ausis perinde vt leo promptus, atque in his exequendis firmus & validus, interim tamen ambitiosus, & gloriæ cupidus. Rursusque vti leo, cibi auidus, atque in eo condiendo, instruendoque immodicè effusus: potui quoque vt vicini Saxones, nonnihil addictior. Sed neque in ceteris moribus Bohemi longè à Germanis diuertunt. Cereuisia in hac regione optima, quam albam cognominant, coquitur. Sermo gentis Slauonicus est. Bohemiæ Regi quoque sub sunt *Morauia*, *Silesia* & *Lusatia* regiones. Anno Christi 1086. Ducatus Bohemiæ erectus est in Regnum, & Vratislaus ab Henrico Imp. Rex salutatus, ab Engelberto Treuirorum Archiepiscopo inunctus est. Vide Aeneæ Silui Historiam Bohemicam.

Digitized by Google



Digitized by Google

SILESIÆ.

DE Silesiorum appellatione non esse tantoperè inquirendum, nec ab Eliisiis eam deducendam, facilè credunt ij qui regionem istam, quam nunc tenent, Quados olim incoluisse ex veterum scriptis perspectum habent. Idem autem Saxonibus & antiquis Germanis *Quad*, quod Polonicæ, seu Sclauonica lingua *Silesium* dicimus, significat. Fuit enim gens, quæ ex variis locis, eò confluxit, belli magis quàm pacis studiosa, plura destruens quàm ædificans, & Dominorum impatiens. Primus verò Rex, quem Dominum habuit, Boleslaus Polonus fuit. Is natus est Anno à Christo nato 967. matre Bohema, Ducis VVenceslai ex fratre Nepte. Huic filius Mieslaus fuit, qui Rixam Comitis Erenfridi Palatini filiam, Imperatoris Othonis III. ex sorore Melchitide neptem, Anno millesimo primo vxorem duxit; ac primus coronam Regiam ab Othone III. accepit. Eo verò demortuo, cum Poloni per seditionem Imperatoris neptem atque filium Casimirum è Regno eiecissent, Conradus Imperator Bohemo Silesiam cum conditione tributi numerandi adiudicauit. Is fuit Vratislaus qui Vratislauiæ vrbi, nomen dedisse videtur: Ceterùm *Vratislauia*, cùm anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo tota conflagrasset, & in cinerem versa fuisset, ex lapide in eam formam ædificari cœpta est, vt hoc tempore perpaucis vrbibus Germaniæ, ordine, elegantia ædificiorum, amplitudine platearum, cedat. De alijs verò ornamentis Reipubl nihil attinet dicere. Nobilitas quidem etsi agrorum culturæ & Oeconomiæ dedita, ad bellicas tamen artes ita instructa est, vt illorum fortitudine reliquias Pannoniæ defensas æqui rerum æstimatores nunquam sint inficiaturi. Frumenti regio ferax est, ac ratus in ea locas qui non excolatur. Piscibus abundat. Odera fluuius insignis ad Orientem & Septentrionem eam alluit, cùm Sudetes ad Meridiem à Bohemia discernant. Habet hæc Silesia in se XII. Ducatus. Episcopatum vnum, cuius Episcopus nunc *Nissæ*, nunc Vratislauiæ residet, vbi & Ecclesia est Cathedralis, & Collegium insigne Canonicorum. Sunt & quatuor in ea Baronatus. Est hodieque Silesia pars regni Bohemici, & ad familiam Austriacam iure hæreditario pertinet. Eius Metropolis est *Vratislauia*, vulgo *Preslau*, Ptolemæo Bigordis fortasse. Sunt in ea & alia oppida, *Sittauia*, *Gorlicium*, *Glogauia magna*, *Nissa*, *Paucinum*, &c.

Digitized by Google



Digitized by Google

GLeba huius tractus vber & fertilis omni genere frugum, & quæ minimo impendio colitur. Vili etiam & strigoso equo agricola in eo tractu qui Campus Transdanubianus siue Marchianus dicitur, vbi olim Chetuari & Parmecampi fuerunt, terram arat. Marga, citra quam agri in Bauaria infœcundi & macri sunt, quid sit, Austriacis incognitum est. Crocum ita generosum gignit, vt cum eo nullum aliud de bonitate certare possit. Vinum naturæ amicum est.

Vrbes & antiquæ, & nobiles multæ; maximè tamen insignes, *Styra*, *Vadenhoffum*, *Melicum*, *Castellum*, antiquitùs, *Claudionum*, *Cremesium*, *Cetro-castellum*, hodie *Zeisselmaur*, *Santo-hippolytus*, *Neuburgum* duplex, alterum à cœnobio, à frumento alterum dictum. *Petronella* nunc vicus, magnæ olim Vrbis, id quod rudera & ruinæ indicant, vestigium; *Nona Ciuitas*, *Pruk*, ad ripam Leythæ fluminis situm, *Hamburga*: Omnium tamen maxime insignis VIENNA, olim Flauiana, siue Iuliobona dicta, studio literarum admodum nobilitata, & qua nulla alia præstantium mathematicorum feracior: Eam vineta coronant. Ædes ciuium magnificæ, vt vel Principes hospites accipere possint, & quæ fenestris patentibus ventos accipiunt, & transmittunt; nec vnquam aëre pigro & manente, eò quòd singulæ singulas areas habeant, ingraueſcunt. Frequens alienarum nationum ad hanc conuentus. Rerum, quæ tuendæ, hominis vitæ necessariæ sunt, magna hic copia. Austriæ nomen natum est ante annos circiter quadringentos, ab Austri (vt credo) Venti flatu, qui in ista regione frequens est: vel à similitudine Germanicæ appellationis *Ostenrich* (idque verisimilius mihi videtur) quod nomen Orientali regnorum suorum parti, Francorum reges indiderunt, vt & Occidentali *VVestenrich*. Rudolphus I. Imp. mortuo Austriæ Duce sine liberis, ex consilio Principum Alberto filio suo eum Ducatum dedit, quem & hodie eius successores Austriaci Principes Archiducali titulo possident.

Digitized by Google



Digitized by Google

HAnc vrbem his verbis deſcribit quidam: Germanos Iulius Cæſar aggreſſurus, in faucibus montium Arcem munitiſſimam exſtrui curauit, vt milites ad eam refugium, & ſatellites ex ea iuuamen haberent: Et inde caſtrum Iuuauienſe Germanicè *Helſenberg*, appellatum eſt. Fluuius quoque cui adiacet, Iuuauius dictus, arci nomen dediſſe à quibuſdam putatur, à quo & ciuitas inde condita Iuuauia dicta eſt. Habet hæc Vrbs paludes, planiciem, colles, & montes. Paludes præbent paſcua, montes aucupia, & venationes nonnullas. Cùm autem hæc ciuitas olim floruiſſet, temporibus Attilæ Regis Hunnorum ſuſtinuit incurſiones, vaſtationes, & incendia. Poſteà circa Annum ſalutis D. XX. cùm Diuus Rupertus ex Regia ſtirpe Francorum ortus, Wormatienſem rexiſſet Epiſcopatum, & poſt obitum Regis Childeberti à ſede Wormatienſi pulſus eſſet, Thedo Dux Baioariorum Ratiſponæ eum cum gaudio ſuſcepit, baptizatuſque eſt ab eo, vnà cum Proceribus & populo. Et circumiens Rupertus Epiſcopus per Noricum vſque Pannoniam, prædicanſque Chriſtum, plurimos ad fidem eius conuertit. Veniens autem ad Iuuauium fluuium, vbi olim Iuuauia ciuitas fuerat, ſed tunc collapſa, virgultis operta, & deſolata; contemplanſque locum Cathedrali ſedi idoneum, proprietate eius à Duce obtenta, exſtirpatis arboribus & vepribus, repertiſque ædificijs, Baſilicam in honorem D. Petri conſtruxit. Quin & Cœnobium Ordinis S. Benedicti, munificentia Ducis inſtituit, rexitque Eccleſiam Epiſcopalem annis 44. Huius territorium omnis generis metallorum diues eſt, vtpote auri, argenti, æris & ferri. Reperitur hic quoque Vitriolum, ſulphur, alumen, & antimonium. Sunt quoque marmorum lapidicinæ.

Digitized by Google




Digitized by Google

BAVARIA.

BOiária, aut vt alijs placet, BAVARIA, diuiditur in ſuperiorem & inferiorem. Superior ſubdita eſt alpidus, Auſtroque. Hæc crebris impedita eſt paludibus, lacubus ingentibus, fluminibus rapidis, ſiluis aſpectu horridis: præter vrſos, apros, ceteraſque huiuſmodi feras, centenarios ceruorum alit greges, quos abſque conſenſu Principis venari crimen eſt. Pecuarijs, pecoribuſque paſcendis magis idonea eſt. Pomiferarum arborum fœcunda, trimeſtris dumtaxat frumenti, non tamen omnis, maximè ferax, rarius habitatur. Vrbes huius ſunt, *Monachium* ad ripam Iſaræ, ſplendidiſſima præclariſſimaque vrbs, & Ducis ſedes. Hæc continuò leones nutrit. Inter omnes Germaniæ vrbes pulchritudine excellere nonnullis perſuaſum eſt. *Ingolſtadium*, publico litterarum gymnaſio ornata. Sunt præterea *Friſinga* epiſcopalis ciuitas, *VVaſſerburgum*, *Nuburgum*, *Roſenheimum*, *Auensburgum*, &c. Inferior Bauaria fertilior eſt, crebriùs frequentiuſque habitatur; & propter Danubium, Iſaram & Lauarum amnes, vitium ferax. Huius vrbes ſunt *Reginoburgum*, quæ Ratisbona vulgò Auguſta, Tiberia olim, ad Danubium ſita; cuius ab altera fluminis parte ſuburbium ponte lapideo inſigni cum ea iungitur. *Patauium*, vulgò *Paſſavv*, ad oſtium Oeni fluminis in Danubium, Epiſcopatus titulo inſigne, *Straubinga*, *Landshutum*, *Dingelfingum*, *Oerhofum*, aliæque plures. Eſt hæc regio in Vniuerſum ſatis ferax: ſale, frumento, pecure, piſcibus, ſiluis, volacribus, paſcuis, feris, & omnibus quæ ad victum, cultum, & vſum vitæ ſpectant, ſatis ſuperique abundat. Nulla Germaniæ prouincia pluribus cultioribuſque Vrbibus illuſtratur. Suis enim limitibus continet 34 vrbes: 46 opida: (*Merckteflecken* ipſi appellant) 72 monaſteria, &c.

Digitized by Google



Digitized by Google

BAuariæ altera pars, quæ altra Danubium in Bohemicam excurrit ſiluam, vocatur noſtro æuo (ſicut & olim) *Nortgoia*, habens *Norinbergam* Metropolim; vnde regioni, ſecundum quoſdam, datum nomen. In hac regione inter *Bambergam* & *Norinbergam*, ad Orientem verſus opidum Egram ſitus eſt mons magnus dictus *Fichtelberg*, ex quo profluunt quatuor inſignes amnes, Mœnus, Nabus, Sala, & Eger. Complectitur autem mons iſte in circuitu ſuo, circiter ſex milliaria, & extrudit varias metalli ſpecies: gignit & optimum cæruleum colorem quem vulgò Lazurum vocant, inuenitur quoque in ſummitate montis ſtannum, & multæ foueæ, ex quibus olim metalla fuerunt eruta: denique tota illa Regio turget mineris, potiſſimùm ferri; vnde Nortgoienſes annuatim magnam vim pecuniæ colligunt. Eſt alias terra dura & aſpera, licet quibuſdam locis ſatis proferat frumenti, abundetque paſcuis pro pecorum ſaginatione. Includit quoquæ hæc Regio Nortgoienſis, vnum ex quatuor Lantgrauiatibus, qui olim ab Imperatoribus fuerunt inſtituti, nempe Luchtenbergenſem, acceptique denominationem iſtam ab arce Luchtenberg, etiam ſi Principes dominij illius curiam ſuam teneant in opido *Pfreimbdt*: & quandoque in *Grunsfelden*. Situm eius opidi vides in tabbella deſignatum. Non creuit iſte Lantgrauiatus in tantam potentiam vt ceteri tres, qui temporum ſucceſſu multum aucti ſunt ditione & potentia, maximè autem Haſſiæ Lantgrauiatus. Vide Pium 11. de origine Palatinatus huius Regionis. Huius regionis vrbem primariam Norinbergam elegantiſſimè deſcripſit nuper Albertus Pighius in Hercule prodicio. Vrbis huius ambitus patet octo millium ſpatio. S. Sebaldus primus, eius regionis incolas ad fidem Chriſtianam conuertit poſt Caroli Magni tempora. Illius ſacrum corpus aſſeruatur Norinbergæ in auguſta Ædæ D. Petro Apoſtolorum Principi ſacra.

Digitized by Google




Digitized by Google

WIRTEMBERGENSIS DVCATVS.

REgio Wirtembergenſis in prima ferè Superioris Germaniæ parte, tractum Sueuiæ feliciter occupat, ad Nicri potiſſimùm ripam ſita; (Charitinorum quondam fuiſſe ſedem putant) cuius ditio late patet. Ad Solis ortum Sueuos, Vindelicos, & Noricos attingit; ad Occaſum Comitis ad Rhenum Palatini Principis Electoris, & Marchionis à Baden limites, inde Nigræ ſiluæ iura complectitur; ad Meridiem montes Arbonæ pariter ac Sueuicæ prominent Alpes: ita vocant incolæ montes eius regionis editiores. Verſus autem Septentrionem Francos habet vicinos, & non ita procul Othonis ſiluam. Wirtembergenſis itaque ditio nec alibi commodè magis initium ſumit, quàm vbi Nicer ortus, qui ſublimiter montuoſis Arbonæ iugis leni fonticulo, in Wirtembergenſi Ducatu proximè ad magnum Schuueningen oppido Vilingæ vicinum, ſitienter ebullit: à fonte Danubij non amplius quingentos paſſus. Ab ipſo ſtatim ortu Rotuillenſem percurrit agrum, leua Herciniæ caput, dextra Sueuicas alpes inquens, Wirtembergenſem Ducatum flexuoſo meatu perlabitur (interiacentibus ita ſparſim nonnullis nobilium caſtris, & Imperatorum Romanorum oppidis) ab origine ſua plus minus itinere quinque dierum crebris hinc inde fluuiolis accreſcens, ac iam nauigabilis, apud Heydelbergam in Rhenum feſtinè defertur. Nomen habet hic Ducatus à Wirtemberga veteri ſpecula, quæ nunc in vmbilico eius dominij ſita, non ita procul à Sturgardia, montuoſo tamen editiore loco, neque munimine neque ſtructura formidabilis hoſti. Sed pro maiorum conſuetudine, quibus ferrea quàm terrea magis placuêre mœnia, loci potiùs amœnitate ſpectabilis, antiquitate ſolùm commendatur, iucundo fruitur in orbem proſpectu, ſuprà fagiferi virgulta nemoris, infrà in fertilis vitium colles, &c. Per vniuerſum Ducatum populus armis, humanitate, conſtantia, relegione ſpectatus. Oppida non ita grandia, ſed magnificè condita: quædam loco, quædam induſtria, ſatis munita. Pagi frequentes, plerique ad inſtar oppidorum culti; ligneis, at ad fabrè ſtructis ædibus.

Digitized by Google



Digitized by Google

BRIXIÆ TERRITOR.

AGer Brixianus partem eius tractus occupat quem olim populi, Cenomani dicti, tenuêre: patetque eius longitudo ad octingenta stadia, sive centena millia passuum: in latitudine ad quadringenta stadia, sive millia passuum quinquaginta; situsque est inter Benacum, Sebinumque lacus; Alpes & Ollium fluuium. Hunc eundem agrum scribit Ioannes Planerius inter amœnissimos Galliæ Cisalpinæ Campos maximè esse memorabilem. Vrbs Brixia, vnde huic tractui nomen, hactenus quodammodo vetus vocamus retinet. Nemo veterum fere sive Geographorum, huius non meminit. At quia nemo recentiorum (ne dicam quoque veterum) hanc vrbem doctiori aut luculentiori stylo descripserit, quàm Pighius in Hercule suo Prodicio: de eadem hunc eundem audi: Brixia, quæ ad radices montis est posita, antiquitate amplitudineque ædificiorum cum multis vrbibus Italiæ certare potest. Propter dissensiones vrbs olim Gallorum & Insubrum vicinorum iugo oppressa, varias passa est calamitates: nunc tandem sub Venetorum Imperio quieta floret opibus, ac mercatura frequenti, rebus omnibus affluens, solertis ingenii populo, ac nobilitate magna frequens. Agro item olei, vini, frumentorum, fructuumque omnis generis excellentissimorum fertilissimo locuples: habetque metallorum venas fœcundas, in primis ferri & æris: vnde maximus ciuitati redit quæstus. T. Liuius aliique magni auctores tradunt, Brixiam Regum Romanorum tempore à Gallis Genomanis esse conditam, quam postea Romani, Transpadana Gallia in potestatem redacta, suæ ditionis item fecerunt. Constat ex Liuio, fidem populo Romano constantissimè quondam præstitisse, atque præcipuè difficillimis Annibalici belli temporibus. Coloniam Romanorum factam esse volunt bello sociali confecto, cùm Veronam & alias trans Padum vrbes Cn. Pompeius Strabo Pompei Magni pater colonias deduceret. Nec diu postea C. Cæsaris auspicio simul cum alijs Transpadanis ius Romanæ ciuitatis accepit, atque sub Impp. Romanis deinde, quamdiu Imperium in Italia stetit, admodum floruisse constat. Testimonia sunt antiquitatis monumenta varia, quæ adhuc in eadem vrbe, vicinoque territorio passim reperiuntur: nimirum pulcherrimæ marmorum inscriptiones, statuæ, statuarumque tituli, atque illustrium hominum epitaphia plurima, ex quibus vrbis illius amplitudo prisca facilè colligi potest. Hactenus Pighius. Secat hoc territorium per medium quodammodo Mela vel Mella fluuius Virgilio cognitus, etiam Catullo, hoc versu: **Brixia Cygnæa positus in specula, Flauus quam molli percurrit flumine Mella.**

Digitized by Google




Digitized by Google

BONONIENSE TERRITORIVM.

BOnoniæ ager ampliſsimus partim collibus aſſurgit, partim laxâ planitie æquatur ad miraculum fertili & feraci omnium rerum quæ humanæ vitæ vſibus parantur, Rhenoque, Settâ, & Lauiniâ fluminibus irrigatur. Amæna valdè regio eſt, arborum lætarum, vitium, riuorumque & fontium varietate oculos paſcens. Quondam Felſina dicta, totius antiquæ Hetruriæ latius quàm nunc diffuſæ caput & metropolis audiebat. Fidem Chriſti inter primas Italiæ ſuſcepit. Studiorum doctorumque virorum fœcunda ſemper parens habita eſt, ex quò à Theodoſio juniore Academia hic nobiliſsima erecta fuit, in quâ Azonis Ic^ti^. tempore ad decem millia ſtudioſorum cenſebantur. Nec nunc frequentiâ degenerat, aut flore eruditiſsimorum virorum, & ſelectæ ad bonas artes juuentutis. Olim præpotens vrbs fuit & bellicoſorum hominum nutrix glorioſa. Quatuor ſummos Pontifices orbi dedit; Honorium II. Lucium II. Gregorium XIII. & Innocentium IX. Cardinales plurimos, Archiepiſcopos & Epiſcopos innumerabiles. Frequentiſsima ciuitas & ciuibus & inquilinis ad radices Apennini ſita jugis montium ab auſtro ſe tuetur. Aëre ſalubri gaudet, artibus, armis, litteris inclyta. Hiſtoriam rerum Bononienſium vide apud Leandrum Albertum, Carolum Sigonium, Pompeium Vezanum, & alios.

Digitized by Google




Digitized by Google

MEDIOLANENSIS DVCATVS.

LEander in descriptione suæ Italiæ, (post prolixam huius Ducatus gubernationis descriptionem) hæc de eius primaria vrbe refert; MEDIOLANVM inter maximas Europæ totius vrbes censetur. Suburbia longa lataque admodum habet, quibus plurimùm augetur, pleriſque tam ingentibus, vt cum magnis Italiæ ciuitatibus certent. Vrbem, ipsaque suburbia, latæ aquarum fossæ cingunt; per quas vndique nauigijs annonæ copia defertur tam magna, nihil vt non vili hic pretio fiat. Summam me hercule admirationem habet, omnium rerum quæ sunt ad vsum mortalium vtiles, huius vrbis insignis abundantia copiaque. Tam multa hîc, & tam diuersa artificum genera, tantaque frequentia, planè vt referri nisi difficillimè haud possit; vnde & vulgi natum verbum celebre. Qui Italiam reficere totam velit, eum destruere Mediolanum debere, nimirum, quò ex his sedibus artificum examina per omnes Italiæ partes spargantur. Habet vrbs ædificia mirè splendida, magnificaque; nominatim Aedem perauguſtam ampliſſimamque, quam DOMVM vocant, immenso sumptu, ac tam admirabili arte factam, vt paucis omninò Orbis terrarum vniuersi, templis conferri possit, siue magnitudinem & artificium, siue pretia marmorum & opera spectes: etenim non solum vndique foris intusque cruſtis niuei marmoris intecta nitet, verum etiam mirabilibus ex marmore statuis arte summa elaboratis, est ornata. Præterea sunt nobilia Fana permulta, inter quæ Gratiarum ædes, sodalitatis Prædicatorum, è regione munitiſſimi castelli Portæ Iouiæ sita; sumptuosum in primis Hemiſphærium à Ludouico Sforcia factum habens; sub quo cum vxore ipse poni volebat, sepulchro ibi ex marmore nobili constituto, nisi in vlteriori Gallia in fata concessisset. Cœnobium huic Fano insigne cohæret Prædicatorum, cum præclara bibliotheca; cumque nobili triclinio, cœnæ Christi & Apostolorum, admirabili pictura decorato, quod est Leonardi Vincij Florentini opus, summam artem auctoris omnium picturæ peritorum censura probans. Priuatorum in vrbe domus ampliſſimæ permultæ conspiciuntur. Est & Arx portæ Iouiæ, munitiſſimum, præcipuumque totius Europæ propugnaculum, quod vlla profectò vi capi numquam potuit. Sed alia multa præter hæc præclara ædificia Mediolanum habet, quæ breuitatis causa præterimus. Hactenus Leander, qui cætera eius territorij oppida locaque eleganter depingit. Vide de his etiam Volaterranum, Georgium Merulam, Bernardum Arlunum & alios.

Digitized by Google



Digitized by Google

VRbis huius antiquitatem constare, ex eo qui dixit, Mantua Væ miseræ nimium Vicina Cremonæ, omnes intelligunt. Sed longè antea Coloniam Romanam factam, anno nempe vrbis conditæ D. XXXVI. tradit Liuius, alijque. Sita est hæc vrbs in Gallia Cisalpina, sub Cenomanis populis, vt Ptolemæus; vel in decima Italiæ regione, vt Plinius perhibet, ad ripam Padi fluminis. Agrum habet planum, omnis generis frumenti, etiam vini, fertilem: cetera quæ humano generi ad vitam tuendam expetuntur, beneficio fluminis, affatim in vrbem asseruntur. Multas calamitates perpessa est, frequentibus afflictata ruinis: Primùm Antonianis temporibus, quando ab Augusto Imp. rerum potito, ager est militibus datus: Deinde Vitellianis, apud Bebriacum peracta pugna, cum quadraginta millia armatorum irrupere; calonum, lixarumque amplior numerus, vt Tacitus refert; quàm omnia sacra profanaque in igne considerent. Solum Mephitis templum stetit ante mœnia, loco seu numine defensum. Gothorum quoque tyrannide, deinde Longobardorum sub Gedulpho Rege; Anno à Christo nato DC. XXX. euersa. Friderici etiam Aënobarbi vim pertulit. deiectis vsque mœnibus. Post hæc bellum ciuile inter Guelfos & Gibellinos in ea exarsit, Anno M. CCC. XII. Tandem sub Mediolanensium Vice comitibus & Ducibus aliquantisper vires resumendo, resloruit. atque hactenus sub ijsdem feliciter & tranquillè reipublicæ statum conseruat. Habet hæc vrbs arcem, si quæ alia in Italia, munitissimam, hostibusque formidabilem. Est in ea quoque turris altitudinis admirandæ, in primis si cum Italicis conferatur: vnde vulgari eam prouerbio & rhythmo celebrant; cùm aiunt: Vnus Petrus in Roma, vnus Portus in Ancona, vna turris in Cremona.

Digitized by Google



Digitized by Google

EST Crema Venetorum oppidum, præſidium & arx, confinibus Mediolanenſium. Hoc vt Leander ſcribit, ſub eorundem Venetorum imperio ita creuit incolarum frequentia, ædificiorumque elegantia, vt inter maximè Italiæ nobiliora loca nomen meruerit, vnde vernaculo adagiò dicunt, Barleta in Puglia, Pratum in Tuſcana, Crema in Lombardia: horum trium in Italia locorum nobilitatem, ſplendorem & diuitias, denotantes. Veneti ſæpiùs tentauere ex hoc opido ciuitatem facere: incolæ tamen hactenus reſtitere, verentes, ne, quod iam inter maximi nominis opida cenſetur, vix tum inter ciuitates mediocres nomen ſit habiturum, Situm eſt in amœna planitie; loco amplum & ſpacioſum; mœnibus munitiſsimum; opibus inclytum, populo frequens, & rebus ad vitam mortalium neceſſarijs affluens: habet enim territorium fœcundum, cultura diligenti multo fertilius redditum; multique aquarum riuuli, piſcium vario genere repleti, agros irrigant. Scribit Blondus hoc oppidum à Friderico Barbaroſſa, poſt afflictam Cremonam, in eius ciuitatis damnum, opprobriumque exædificatum. Sunt alij teſte Leandro, qui putant à ciuibus Paraſij vrbis, ab Epiſcopo Mediolanenſi ob hæreſim deſtructæ, conditum: Cremæque nomen illi inditum, in crematæ patriæ memoriam. Iudicium lectoribus relinquo. Cremæ Vicinus eſt fluuius Serius, qui ſe in Addam exonerat; eſtque hic Mediolanenſium & Cremenſium terminus communis.

Digitized by Google




Digitized by Google

PEDEMONTANA REGIO.

TAurinorum regionem nunc Pedemontium vocamus, tanquam pedem montium; quoniam ad radices Alpium eſt, quæ Galliam, Sabaudiamque ab Italia diuidunt. Fines ponemus ab Oriente, Padum; à Meridie, Ligurum Alpes; ab Occidente, Galliæ Alpes; à Septentrione, Duriam ripariam. Agros habet amœnis fructiferiſque collibus plenos, qui frumentum, aliaſque fruges, & optima vina, cum nobiliſſimis fructibus producunt. Vrbibus, oppidis, pagiſque perhoneſtis nitet. Metropolis eſt ciuitas Taurinum, ad oſtium in Pado Duriæ; quam Ptolemæus, Plinius, & Tacitus Auguſtam Taurinorum vocant. Priſcis temporibus hanc nobilem fuiſſe vrbem, vel hinc intelligere licet, quòd Colonia Romanorum erat. Iacet ad montium radices, forma quadrata, cum portis quatuor, nobilitate ciuium maximè clara, ſplendidis etiam ædificijs ornata, inter quæ ſummum templum. Gymnaſium habet omnium diſciplinarum, mirificeque rebus omnibus ad vſum vitæ neceſſarijs & vtilibus, abundat. Agro eſt perbono ac fertili, maximè verò verſus Orientem & Auſtrum, cum vallibus ferri copia fœcundis. Taurinum Longobardorum ſedem fuiſſe Paulus Diaconus perhibet. His, vſque ad captum bello Caroli Magni Deſiderium Regem paruit. deinde autem in Italia Regũ, Imperatorum, Montis ferrati Marchionum, & Sabaudiæ Regulorum (quibus hodie etiamnum paret) fuit. Ad Padi fontem verſus Ripellum & Paiſana ſunt marmorum nobilium lapicidinæ. Ad capitis Padi dextram incipit planities quædam amœna, Vallis Padi dicta, vel (vt incolæ vocant) Luſernæ; ab oppido nimirum, quod habet, Luſerna. Procurrit in longum millia xxx. latitudinis ad ſummum IIII. In aditu eius Orientali capite, Mambrinum eſt; in exitus fine verſus Occidentem, Crux lapidea præcelſa Conſule Leandrum, Paradinus in ſua Sabaudia ſcribit Principatum Pedemontanum continere in ſe præter vrbes inſignes & magnitudine celebres, quæ ſunt quinque numero, plus minus quinquaginta oppida munita, pulcherrimaque; tum municipia ducenta, muris, propugnaculis & turribus vallata. Habere etiam multos Comitatus, Marchionatus, Baronatus, alioſque multos Satrapas, omnes Duci Sabaudiæ obtemperantes.

Digitized by Google



Digitized by Google

LARIVS LACVS (quem hodie *Lago di Como* ab oppido ſibi adiacente, vocant) à Laro aue, Græcè ſic dicta, & Latinis fulica, quibus abundat, nomen accepit. A Septentrione in Auſtrum ad 60. millia paſſuum producitur; vndique coronatur montibus, quorum cacumina, caſtanearum arborum nemora habent; latera, vineæ oleæque, radices verò, ſiluæ; in quibus ferarum venationes frequentes. In margine autem Lacus, Caſtella conſidunt; inter quæ in Meridionali ripa, Comum eſt, clarum oppidum, à Gallis Orobijs, aut vt quidam vult, à Cenomanis conditum. Romanam Coloniam poſteà à Diuo Iulio ibi deductam, in quibus quingenti illuſtres fuêre Græci, auctor eſt Strabo; ex quo Nouum Comum appellatum eſt; in amœniſſimo loco poſitum, adeò vt ad ſolas delicias excogitatum videatur: nam à fronte pulcherrimum Lacum, à tergo campeſtria culta, & omni genere fructuum feraciſſima habet; accedit etiam aër ſalubertimus, iucundiſſimuſque. Hoc oppidum duos Plinios æternitate viros dignos nobis protulit, in quorum memoriam elogia in fronte Ædis Diuæ Mariæ Virginis à gratis ciuibus pietatis ergô marmoribus inciſa, Anno 1558. ex Italia redeuntes legimus. Sed quare non addam de hoc lacu eiuſdem etiam Plinij lib. 2. ad Caninium hæc verba? Studes? an piſcaris? an ſimul omnia? Poſſunt enim omnia ſimul fieri ad lacum noſtrum. Nam lacus piſcem; feras ſiluæ, quibus lacus cingitur; ſtudia altiſſimus iſte receſſus affatim ſuggerunt. Lege Benedictum & Paulum Iouium, hic lacum elegantiſſimè integro libello, alter res Comenſium deſcripſit.

Digitized by Google


LARIVS LACVS.
Milliaria Italica.
3 6 9 12
45
10 Occidens.
20
30
50
40
30
20
Meridies.
31
Septentrio.
Como
Olimpus mons
Bustinus mons
Comesina arx
Gravedona
Dervio
Varenna
Lecco
Bellano
Lenno
Gera
Riva
Torbole
Pescarena
Abdua flu.
Larius lacus excurrit à Meridie in Septentrionem, promor tamen in Orientem. Paul. Iovius.
45
10 Oriens.
20
30

DE vrbe ROMA, quondam Orbis Imperatrice, eiuſque territorio, (quod Latium veteres nominarunt,) quia hic locus amplam pro eius dignitate deſcriptionem non admittit, omninò de ea tacere quàm pauca dicere, præſtare videretur. Sed vt aliqua parte iuuemus ignaros, recreemuſque peritiores, perſtringemus præcipua. Poſita eſt in loco ſterili, & obiecta Auſtro, cælique grauioris; cuius ambitus olim XIII. M. paſſ. fuit, hodie vix M. CC. Vias olim habuit XXIX. Portas XXI. Turres in murorum ambitu circiter CCCLX. olim DCCXL. Colles VII. hinc vrbs Septẽgemina dicta eſt. Cryptæ ſubterraneæ ſunt IIII. Cæmiteria XXVII. Bibliothecæ Pontificis III. vna clauſa, quæ eſt ſelectorum, librorum: altera minus ſecreta; tertia quæ diebus profeſtis per duas horas omnibus patet. Regionum in vrbe nomina hodie ſunt XIV. olim XIX. Pontes lapidei ſupra Tybrim VI. &c. Auctores, qui eam ſcriptis ſuis celebrarunt, hic enumerare, viſum fuit. Quorum ex vetuſtioribus ſunt: Q. Fab. Pictor; Sex. Ruffus, & P. Victor. Ex recentioribus Blondus eandem in ſua Italia: Poggius Florentinus, Raphael Volaterranus. Fabius Caluus Rauennas; Barth. Marlianus, Georg. Fabricius; Lucius Faunus; Andreas Palladius; Pyrrhus Ligorius; Lucius Maurus, Wolfgangus Lazius & Iuſtus Lipſius. Collegit & deſcripſit Iacobus Mazocchius eius antiqua epigrammata; & Vlyſſes Aldroandus eius ſtatuas, Hubertus Goltzius non minori artificio quàm diligentia, maximiſque impenſis eius Faſtos æneis Tabulis libri forma expreſſit. Ædidimus nos nuper Tabulam Romani Imperij (quum maximè floruit) effigiem continentem.

Digitized by Google



Digitized by Google

TVSCIA.

TVſciæ (quæ olim Hetruria) termini ſunt, ab Oriente Tiberis; ab Occidente, Macra fluuij; à Meridie, Inferum mare; à Septentrione, Apenninus mons terra pernobilis, pulchra lautaque eſt: Indigenæ ad omnia pacis bellique temporibus, ingenio promptiſſimo: nec minus ad ſtudia literarum, quàm negotiationes. Gentes ceremonijs & cultui diuino maximè ſemper addictam fuiſſe, ex priſcis Auctoribus conſtat. Oram Tyrrheni maris ſaltus maiori ex parte occupant hoc æuo. Interior regionis pars, eſt ferè montoſa. In eâ hæ ſunt vrbes maximè præ ceteris memorabiles; Florentia, Sena, Luca, Peruſia, Piſæ, Viterbum, &c. Florentia ſita eſt in vtraque Arni fluminis ripa, quatuor pontibus iuncta: Splendore & elegantia ſumma eſt, quamobrem vulgò Florentia Bella nominatur, vt quæ flos videatur Italiæ. Nobiliſſimis enim ædificijs tum Diuino cultui, tum Ciuium vſui paratis, nitet. Imprimis eſt admirabile Fanum D. Mariæ Floridæ, totum ex marmore cruſtatum cum Hemiſphærio ſtupendi operis; iuxtà turris ſtat eximia tintinabulorum, tota item marmorea; modicoque poſt interuallo vetertimum Martis templum, forma rotunda magno ingenio conſtructum, & nunc D. Ioan. Baptiſtæ ſactum. Valuas habet ex ære, fuſili opere, tam raro artificio factas, eas præſertim, quæ contra Fanum D. Mariæ Floridæ ſunt, vt omnes omninò, quibus ingenij vis adſit vlla, reliqua in Europa tota ſimiles eſſe nuſquam arbitrentur. Sena iacet in colle, præcelſis cincta crepidinibus tophinis, frequentia nobilium ædificiorum nitens; in quibus ædes maximæ D. Virgini Matri ſacra ſplendidis ac ſumptuoſis quæ in tota Europa ſunt, Fanis adnumeranda, ſiue pretium marmoris, ex quo tota conſtat; ſiue excellentiam operis ac artificij, quo facta, ſpectes. Peruſia colli inſidet Apennino, maiori agri parte fructiferis & amœnis aſſurgente collibus, vini nobilis, olei, ficuum, pomorum, aliorumque optimorum fructuum fertilibus. Piſa, vrbs olim felix & admodum beata, non ſolum ante rei Romanæ florem, ſed etiam illa iam vigente; ac item poſtea multis annis fuit. Docent id inſignes victoriæ nauales, quas habuit. Viterbum iacet amœno ſpatioſoque loco, iugis Cyminijs, à tergo imminentibus, plurimis haud pœnitendis operibus nitens; inter quæ fons eſt inſignis, & maxima cum admiratione ſpectantium copioſus. Luca in planitie ſita eſt, non procul à collibus, ædificijs per honeſta; gens lauta, prudens, ingenioſa; vt quæ libertatem ſibi diu ſapientiſſimè conſeruauit integram; etſi finitimorum bellis haud ratò fuerit petita.

Digitized by Google




Digitized by Google

MAgnificentia ac latitudo huius Ciuitatis pro præcipua totius Tuſciæ haberi meruit. Quod ad ſitum, non ſolummodo in medio, ſed etiam in parte interiori totius Italiæ ſita. Amplitudinem eius quadraginta quatuor parochias; ac ſeptuaginta monaſteria, tum virorum, tum mulierum oſtendunt, præter Hoſpitalia innumera, Eccleſias & Sacella. Suburbia habet, quæ ſimul iuncta nihil minus, quam ipſam Ciuitatem præberent. Dux Alexander de Medicis, Papæ Clementis ſeptimi nepos, arcem hic extrui iuſſit, quæ pro fortiſſimo loco totius Italiæ habetur. Ideo non fruſtra Florentiæ nomen ei inditum, & hercule, flos omnium vrbium Italiæ æſtimari poſſet. De hac Tacitus Procopius, & Agathias. De eius origine variant authores. Leonar. Arent. affirmat hanc Ciuitatem fundatam à militibus Lucij Syllæ dictatoris Romani: Raphael Volateranus, à diuerſis colonis & gentibus ſtructam affirmat, ac poſtea à Caio Cæſare. Marc. Ant. & Marco Lepido Coloniam Romanam factam. Sed hæc omnia latius Leander Albertus in ſua Italiæ deſcriptione. Anno à Chriſto nato M. D. L X X. Pontifex Pius V. Coſmum Medicem Florentinorum Ducem, menſe Februario, ad vrbem venientem in Aula Regia coronauit, & in Magnum Ducem cum ſuis ſucceſſoribus creauit, in cuius corona Pontifex illa verba inſcribi voluit:

PIVS V. PONTIFEX. MAX. OB EXIMIAM DILECTIONEM, ET CATHOLICÆ RELIGIONIS ZELVM, PRÆCIPVVMQVE IVSTITIÆ STVDIVM, DONAVIT.

Digitized by Google




Digitized by Google

PAdus ſiue Eridanus, fluuiorum Rex Virgilio dictus, in duo præcipua primum cornua diuiſus per hunc tractum in mare Hadriaticum per quinque alia cornua ſe exonerat, quæ agrum Ferrarienſem in quinque partes diſtinguunt. Territorium quondam vallibus & paludibus depreſſum nunc cultoribus frequens, campiſque amœnum ſegetis & vini tam ferax eſt, vt in iſtis fructibus Nobilitatis Ferrarienſis ampliſſima vectigalia & redditus conſiſtant. Ciuitas ipſa quondam in aduerſâ fluminis parte (quo loco nunc Eccleſia D. Georgio patrono eius ſacra viſitur) ſita, anno 454. in hanc tranſlata eſt. Anno 656. per Vitalianum Papam, traductâ huc Vogentianâ Sede in Epiſcoparum erecta fuit. A longiſſimo retrò tempore Principibus Eſtenſibus paruit, qui ad vſque Herculem eius nominis primum Ducem ſemper eam à Sede Apoſtolicâ titulo Vicariatus generalis in temporalibus conceſſam obtinuerunt. Anno 1501. Alexander PP. VI. Ducatus eam titulo ornauit & præfato Herculi conceſſit pro ſe & ſuis maſculis liberis legitimis & naturalibus in perpetuum. quâ nepotam lineâ anno 1597. in Alfonſo II. deficiente, cum ad Sedem Apoſtolicam deuoluta eſſet, non obſtante Cæſaris Eſtenſis illam ſibi aſſerentis conatu, Clemens PP. VIII. miſſo illuc ſub manu Cardinalis Petri Aldobrandini nepotis ſui inſtructiſſimo exercitu, illam in poteſtatem redegit præfatæque Sedi vindicauit: ſub quâ nunc felici pace fruitur, floretque. Vrbs ampliſſima, arce etiam, Principum Eſtenſium quondam ſede, inſtructa propugnaculum Status Eccleſiaſtici habetur. Studiis liberalibus ſemper floruit, viroſque in litteris præſtantes multos & claros dedit. Illuſtrium familiarum & Nobilium frequentiâ, inſtrutiſſima eſt, qui in laudabili armorum & ſapientiæ atque eloquentiæ ſtudio feliciter & fructuosè occupantur.

Digitized by Google

FERRARIENSIS DVCATVS.



Digitized by Google

QVondam pars Galliæ Togatæ, postea Æmilia, & Flaminia dicta à vijs publicis per eam ductis, tandē ob fidem & operam bellis Longobardorū Romanis strenuè nauatam Hadriani PP. & Caroli Magni beneficio nomen à Româ Romādiolæ, siue Romanulę, deriuatum obtinuit. Olei, mellis, rubiæ tinctorū, liniq; optimi ferax, & vt depressis camporū locis segetum vbertate cēsetur, ac salis, & nucleorum pineorū, quos Italiæ communicat, copiâ, ita circa montes vina generosa producit. Nouem ciuitates Episcopales continet: Ceruiam, Ariminum, Cesenam, Bretinorium, Sarsinam, Forumliuij, Fauentiam, Imolam, & metropolim istarū Rauennam. Hæc fidem Christi à S Apollinari accepit, portu, ac præsidio Romano pharoque quondam nobilis ac potens ciuitas. Primum Gothorum Regum sedes, postea Exarchorum qui vicem Orientalium Imperatorum in Italiâ obibant. Littora eius pinetis abundant Ioannem x. P. M. & Petrum Damianum Illustrissimum Cardinalem Ecclesiæ dedit. Ceruia parua & infrequens, sed salis prouentu fructuosa. Ariminum ad maris oram, frumento abundat & vino: oleo quoque, ficubus, pomis, & malis punicis. In huius territorio Rubicon amnis exiguus (nunc Pisatellus dicitur) limes quondam, quem Pop. Rom. armatis exercitibus transire nefas fuit. Malatestarum genti diu paruit, frugum fructuumque ferax. Bretinorium à viâ militari paullum deflectit in monte sita, insigni arce spectabilis. Sarsīna Plauto Comico poëtâ gloriatur. Forumliuij territorio fœcundo frugum est, Blondum Flauium historicum orbi dedit, & Rainerium præceptorem Bartoli, atque etiamnum armis ac litteris excellit Fauentia in pari ad viam publicam camporum planitie sita, vt reliquorum, ita lini optimi productrix, mercaturæ dedita, & maioricanis fictilibus præstans Imola, quondam Forum Cornelij dicta, pari agri vbertate censetur, & viris doctrinâ illustribus floruit, inter quos Ioannis Imolensis, & Alexandri Tartagni I. C^orum. memoria celebris habetur.

Digitized by Google




Digitized by Google

VRBINI DVCATVS.

HAec Prouincia anno 1473. in Ducatum erecta ſeptem Epiſcopatus complectitur, inter quos Metropolis eſt Vrbinum, Ducum ſedes; reliquæ ciuitates iſtæ: Sanleonina, Piſaurum, Callium, Eugubium, Forum Sempronij, & Senogallia. Municipia caſtellaque muris cincta ad 400. numerantur, præter alios vicos pagoſque, Marchionatus etiam Comitatuſque titulis inſignes. Vrbinum templo inſigni, clero frequenti, collegio Doctorum nobili & priuilegiato, atque Palatio magnifico viſenda eſt, in quo & bibliotheca ſeruatur varijs manuſcriptis Hebraicis, Græcis, & Latinis ſummo Principum ſtudio & impenſâ vndecumque petitis inſtructiſſima. Piſaurum olim Romanorum colonia ad mare ſita, vallo, foſſâ, & propugnaculis permunita, arce quoque & portu commendatur. Palatium & hic Principis, excuſorum typis voluminum omni fariæ ſcientiæ & profeſſionis bibliothecâ, & Armamentario inſuper celebre viſitur: Ciuitas amæno ſitu, agro fertili, ciuium nobilitate ac virtute præcellit. Senogallia mari quoque adiacet, cuius Epiſcopus amplis vectigalium & reddituum fructibus nulli Italicorum concedit. Eugubium numero & fortitudine ciuium præſtat, S. Vbaldo quondam Epiſcopo nunc patrono, eiuſque ſacris exuuijs miraculorum gloria inclytis veneranda. Callium elegantis operis pontem antiquum habet; Forum Sempronij Palatium & hortos cultiſſimos ac ferarum viuarium muro cinctum: amæna, nec infrequens vtraque ciuitas, etiam antiquiſſima, quod quædam vetuſtatis monumenta teſtantur. Sanleonina (ſiue Mons S. Leonis) poſita in vertice Montis Feretrij, arce munita eſt inexpugnabili, non tantum quòd per præcupta montis inacceſſa ſit, ſed quòd tantum agri fertilis & fontium ſummâ planitie contineat, vt præſidio alendo ſufficiat, Prouinciæ Montis-feltri, & 36. in eâ caſtellis munitis dominatur. Montana eſt tota regio, ſed fertilis & amæna: gens induſtria, & armis atque artibus pollens, Architecturæ & picturæ præ ceteris dedita, in quibus decantatum illum Raphaelem Italia Vrbino debet acceptum.

Digitized by Google



Digitized by Google

PERVSINVS AGER.

AGro Perusino, etsi multas adiuerit & lustrauerit regiones Ioannes Campanus, nullam tamen aliam cultiorem amœnioremque se cognouisse vnquam, scribit. Tyberis fluuius hunc agrum medium secat, rigatque. A quo paululum recedens, vrbs Perusia est, in ipso monte Apennino sita. Exornat eam celebris Academia, quæ circa annum M. CC. XC. florere cæpit. Claruêre in ea auorum nostrorum tempore, Bartholus & Baldus Iurisconsulti celeberrimi. Est in huius territorio quondam Romanorum clade nobilis Trasimenus lacus, quem Plestinum cur nominet in suis Annibalicis Appianus, ignoro: Complectitur hic, vt habet dictus Campanus, in suo ambitu circiter triginta millia passuum. Lucidus est & perspicuus, nec recipit alienas aquas, nec refundit suas. Insignis huius aquæ suauitas: adeò vt viuo manarefonte videatur. Tribus insulis adornatur, quarum duæ sibi fere contiguæ, ad septentrionem vergentes: vna Maior, altera Minor vocatur. Hæc inculta & deserta, tantùm templum fert in acumine. Illa, quæ ad Cortonensem spectat agrum, ducentis propè familijs habitatur. Tertia, quæ versus Meridiem consistit, & maior ceteris, frequens hominibus est. Harum incolæ solis ferè piscationibus incumbunt. Frumentum vix ferunt. Vineta autem plantare non negligunt. Lignatum pabulatumque in finitimos campos siluasque egrediuntur. Littoris oram nulla interfusa stagna aut paludes impediunt: hæc oliuetis abundat, quæ in collibus, qui circùm lacum exornant, mira felicitate conspicua. In planicie verò inter lacum & colles, canabis & lini tanta copia, vt ne in reliqua quidem Etruria maior. Paucis in terris meliora vina: poma quoque suauissima Piscium genera in lacu non sunt multa, copia tamen inaudita, qua ceteros Italiæ lacus antecellit: cuius piscationes toto fiunt anno, (etiam ipso Brumæ tempore, quod nullus alius admittit in Italia lacus.) Hi pisces aduehuntur hyeme ad Etruscos, Vmbros, Picentes: Romam quoque, plurima quotidie iumenta comportant. Lucium hic piscari vario colore, & quasi viridibus aspersum maculis, ait idem Campanus, de quo mira refert, eum nempe coire cum serpentibus, indéque illum hunc varium sortiri colorem. Item remansisse aliquando lucium in sico, quem cùm vulpes capere contenderet, alterum pedem eius dentibus esse deprehensum: atque ambos inuentos esse mortuos. Hunc lacum aliquando totum Arsisse tradit Plinius 2. Cap. 107.


Digitized by Google



Digitized by Google

VRbs huius regionis primaria Oruietum eſt. Sita eſt in excelſi præcipitique mont ſpatioſa in vertice planitie,ſine muris: quorum vice rupibus vndique præruptis a tiſque cingitur:natura hoc modo creatis, vt ex ſumma crepidine deſpectum in ima pe quam horribilem habeant. Cælo eſt iucundiſsimo,preterquam autumnali tẽpore, qum in amne finitimo Palia, cannabis ſolet macerari:tum enim aer eo fœtore corruptus,co lonis permoleſtus eſt. Templũ hîc ſumptuoſiſsimũ,cuius frontẽ pernobiles ex marmo ſtatuæ ſummorum artificum operis elaboratas, decorant. Inter cetera eſt hiſtoria coſt Adamo extractæ, ex qua ſummus Conditor Euam figurauit. Hæc tanto artificio fac ſunt,vt haud putẽ humano ingenio vinci poſſe. Templi feneſtræ alabaſtreticæ ſunt,no aliter ac vitrũ pellucidæ. Seruatur hîc magnis honoribus linteum quod Bolſenæ magn miraculo ſanguine intinctum ex hoſtia ſacra ſtillante effluxit. Id quotannis die quo co poris Chriſti feſtus agitur,per vrbẽ ingenti cum religione deferunt, memoriæ tanti m raculi cauſa.Sunt hîc etiam ædes ſplẽdidiſsimæ ab Vrbano V.Pont.Max.factæ.Vrbs fr quens olim admodũ fuit. ceterum auorum noſtrorũ memoria partibus Muſſatorum Marcolinorũ pernitioſiſsimis deſolata propemodũ per plurimas illorum inter ſe cæde expulſioneſq;, quamquã exſtinctis deinde factionibus, paulatim inter res pacatas ſatis tum populo,tum opibus,refecerit.Eſt etiam in hoc tractu Viterbũ,iacẽs amœno ſpati ſoq;loco,plurimis haud pœnitendis operibus nitens;inter quæ fons eſt inſignis,& max ma cum admiratione ſpectantium copioſus. Eſt & AQVAPENDENS,quæ olim Aquu dicta fuit, oppidum oblongum, in monte poſitum, via, quæ Sena Romam ducit.

Digitized by Google




Digitized by Google

LIGVRIA.

LIguria antiquitus hæc Prouincia, nunc Genuensis Ora vocatur à Genuâ ciuitate maritimâ, quæ Reipub. liberæ titulo huic tractui dominatur. Genuam, siue, vt in manuscriptis antiquis appellatur, Ianuam, alij à Iano primo Italiæ Rege nomen traxisse volunt, alij quod quasi Ianua sit Italiæ, & aditum muniat exteris ad eam accedentibus. Antiquissima ciuitas est, quod ex æneâ quadam tabulâ ibi asseruatâ (per quam à Senatu Romano L. Cæcilio, & Q. Manutio Coss. diu ante Christum, lex finibus regundis inter Genuates & Victurios data est) clarè patet In littore maris sita amœnissimo prospectu in montes instar theatri assurgit. Ædificijs superbè instructa publicis & priuatis, sex m. p. in ambitu complectitur. Portus mole in mare proiectâ tutissimus, & magnarum classium capax. Ciuitas ab Innocentio PP. 11. anno 1130. in Archiepiscopalem Sedem erecta est. Nobiles familias permultas habet, honorum & opum splendore illustrissimas. Gens in vniuersum corpore habili, acriqúe ingenio pollet, & altissimos spiritus tollit, vnde & ad ardua facinora patranda promptam dexteritatem censetur adferre. Marittimis artibus copiosque instructissima quondam de Imperio maris certauit, & bellis sacris glorioſam operam nauauit inuicta Genuensis classis manusque. Vnde & à Balduino Hierosolymorum Rege ac Patriarchâ Damberto elogium aureis litteris sepulchro Seruatoris inscriptum meruerit; PRÆPOTENS IANVENSIVM PRÆSIDIVM Sed post seditionibus & dissidijs ciuilibus fracti Corsicæ tantum regnum hactenus retinuerunt. Distinguitur Ora Liguriæ in Orientalem & Occidentalem & sex Episcopatus comprehendit. Multa illustria quâ bello, quâ pace Genuensium facta recensentur, interque ea Noui orbis detectio, quam Christophori Columbi Genuatis, anno 1492. immortali gloriæ acceptam ferimus.

Digitized by Google




Digitized by Google

PARMÆ ET PLACENTIÆ DVCATVS.

PArma quondam Romanorum colonia ſitu eſt plano, V. ab Apennino P.M. diſtans, ad flu men eiuſdem nominis, quod ſuburbia à ciuitate diuidit, & ponte iungitur. Ædifici ſplendida eſt, incolæ venuſti, nobiles, animoſi, ingenioque non ſolum ad rempub. ſed ad li teras & militiam aptiſsimo. Rebus ad vitam neceſſariis affatim abundat. Agrum habet co ſaluberrimi, amœniſsimum optimumque, frugum & nobilium fructuum, ac vini omnige feracem. Nec caret medicatis aquis ad multa ſalutaribus. Campi circa eam, & per totu Ducatum lætiſsimis paſcuis exuberant, & lactis copiam, quod caſeo formando ex pecore e cipitur, admirabilem reddunt: obtinetque ſummum inter caſeos commendationis gradu Parmenſis, vt & Laudenſis ac Placentinus magnitudine & præſtantiâ toti Europæ notiſsimu Vellerum item & lanarum ſingularis hic copia eſt & bonitas.

Placentia antiqua ciuitas, cuius Liuius multis locis meminit, iuxta Padum ſita paris ame nitatis & fertilitatis agro, vberrimiſque paſcuis cenſetur. Habet & aquæ ſalſæ fontes è qu bus ſal candidiſsimus conficitur: & ferri fodinas, & ſaltus ad venationis oblectamentum. A tiquitus Imperio Rom. paruerunt, cuius maieſtate collapsâ ipſæ quoque in libertatem ſe vi dicarunt, reliquarum ciuitatum exemplo. Poſtea ſub varijs Principibus aut Tyrannis p bella & factiones fuerunt, donec anno 1545. Paullus III. Ducatu erecto, filium ſuum Petru Aloyſium Farneſium ei præfecit, quo licet intra biennium à coniuratis trucidato, filius tam eius Octauianus Imperium retinuit, & in Alexandrum filium bello in Belgis feliciter cont hæreticos geſto inclytum Ducem, eiuſque ſucceſſores ſtabili jure tranſmiſit.

Digitized by Google


PARMAE et PLACENT. DVCATVS.
Scala milliar.
5 10
SEPTENTRIO.
MERIDIES.
OCCI DENS.
ORI ENS.
PARTE DEL LODESANO.
PARTE DEL CREMONESE.
PARTE DEL MANTOVANO.
PARTE DEL PAVESE.
PARTE DEL TERRITORIO
Cremona
Piacenza
Parma
Busseto
Guastalla
Sabbioneta
Viadana
Colorno
Bagnizola
Castel nuovo
Montechio
Le 4. castelli
Camossa
Reggio
Rossena
Preda
Croara
C.nouo
Rebbecco
GLANO.
Rocca ferrara
Cornuio
Ferrera
Bobbio
Romagnina
Il Pogio
Spetia
Villac
Pecorara
Piancello
Corticella
Ponte tidone
Arena Boccaria
Po flu.
Tidone fl.
Trebia fl.
Nura fl.
Lura fl.
Parma fl.
Enza fl.
Taro flu.
Oglio fl.
Secchia fl.
Po Viadana
Belforte
Borgo val di Taro
Edificij
Compiano
Canuro
Grepalo
Roccuero
Rochetta
Predonera
Monte Santo
Vergano de Marchesi
Varano de Malagri
Viarino
Specchio
Rocca Marcheſa
Fornouo
Sala
Medesano
Noceto
Costa mezana
Fontanellato
Fiorenzola
Soragna
Busseto maggiore
Gibello
Roccabianca
Torricella
Sissa
Casal maggior
Monticello
Caorso
Corte Arquato
Gallinella
Tabiano
Salsomaggiore
Borgo S. Donino
C. Nouo de Terzi
Fontana
Baseluca
S. Paolo
Niuiano
Cortetto
Artigalla
Rota fredda
Ponte tidone
Belfiore
Albarese
S. Zenone
La mezana
C. nouo
Grotta
C. Ponzoni
Gualtiero
Brescello
Poiano
S. Vitale
S. Secondo
Torchiara
Calestano
Guardasone
Tizzano
Vigalora
Belvedere
Berceto
Varsi
Val di Mozola
Nuouano de Rossi
M. Chiarugolo
S. Polo
Ripalta
Mazonago
S. Giorgio
Casino
Betola
Grepalo
Pardo
Camuro
Ferrera
Edificij
Compiano
Borgo val di Taro
Rocca ferrara
Cornuio
Rebbecco
GLANO.
20
40
32

SEna, ciuitas adeò antiquas, vt eius origo apud probatos auctores nullibi reperiatur. Nam quod à nonnullis scribitur, eam fuisse conditam à Gallis Senonibus, qui Brenno duce anno ab V.C. 363. spacio septem mensium (vt Polybius & Plutarchus scribunt) eadem Vrbe potiti fuerunt, nullo certo, aut saltem probato auctore constat. Etenim Io. Saresberiensis, primus huius opinionis auctor, (qui ex eo quòd operi suo Policratici nomen indidit, propterea Policrates, seu Policarpus à plerisque appellatur) lib. 6. cap. 17. nullum huiusce suæ opinionis testem adducit. Ipse autem lib. 8. cap. 23. se Adriani Quarti Pontificis maximi familiarem fuisse testatur. Apud omnes autem constat, Adrianum hunc ab anno, 1154. vsque ad annum. 1159. in solio B. Petri sedisse, & proinde huius Ioannis testimonium de origine Senæ longè ante ipsum condita, recipiendum non esse. De hac ciuitate meminit Cornelius Tacitus lib. 20. Annalium, Coloniam Senensem eam appellans. Quæ verba de alia Sena, quæ etiam hodie in Piceno extat, & Senegallia vulgo appellatur, nequaquam intelligi possunt, vt aliqui falsò opinantur. Siquidem tempore Taciti, & Plinij, ea ciuitas Piceni, non iam amplius Sena, sed Senogallia, seu Senagallica, vel Senegallia appellabatur. Quod ex verbis Plinij & Claudij Ptolemæi liquido constat, Plinius enim Coloniam Senensem inter mediterraneas Etruriæ colonias diserte enumerat, idemque paulò post etiam Senegalliam in sexta regione Italiæ collocat. Ptolemæus verò, non solùm in Latinis, ac typis excusis, sed itiam in Græcis, ijsdemque antiquissimis, & manu scriptis codicibus, Senam inter mediterraneas Etruriæ ciuitates, Senam vero Gallicam (sic enim eam appellat) inter alias Senonum ciuitates, prope Anconam & Fanum fortunæ, recenset. In hac vrbe Gymnasium est artium & Iurisprudentiæ celeberrimum. Est & Hospitale, in quod omnes omnium nationum infirmi & peregrini recipiuntur, & distincta loca sunt virorum, vbi lecti CXXXVI, & mulierum, vbi lecti CXXXIII. Ipsius reditus ad 8000. ducatorum ascendere fama est. Pius II. Pont. Max. Anno 1459 (quo etiam anno idem Pius Pontifex creatus fuit) Senæ orinodem Ecclesiam Senensem ex Episcopali in Archepiscopalem, erexit.

Digitized by Google




Digitized by Google

MARCA ANCONÆ.

OLim hæc Regio Picenum vocata fuit, hodie Marcam Anconitanam ab eius vrbe primaria appellant. Quondam quoque Marca Firmiana ab eius oppido dicta fuit, vt Blondus prodit. Ab Isauro flumine vsque Druentum amnem, inter Adriaticum mare, & Apenninum montem exporrigitur. Picenos, Vmbros, & Senones hunc tractum quondam incoluisse, litterarum monumentis constat. Habet hæc Regio agrum fertilem, omnis generis frugum copiam producentem, sed lignarijs quàm frumentarijs fructibus longè est præstantior. Silius eius laudem præcipuam in oleis prædicat. Vrbs eius primaria (vt diximus) Ancona est, à situ nomen habens; quòd in CVMERO *promontorio, tanquam cubitus in Adriaticum mare promineat. Vnde huius vrbis antiqua (quæ ex terra interdum eruuntur) numismata, cubito calamum manu tenente, insignita conspiciuntur. Habet hæc vrbs portum antiquitate venerandum, à Traiano Imperatore exædificatum, quod ex eius marmorea inscriptione ibidem ostenditur. Est & Aelia Ricina, quod & Ricinetum, hodie id oppidum Recanati vocant, in monte situm est, cuius nundinas (quibus certis anni temporibus gaudet) ex omnibus pene Orbis partibus frequentatas vidimus. Non longè ab hinc est diuæ Mariæ Lauretana fanum, validissimo muro cum vico illi adhærente cinctum. Cuius delubri magnificentia ac loci religio tanta est, vt in ipso statim introitu nemo non in admirationem rapiatur. Fanum hoc omni bellico instrumento, tum ad defendendum, tum ad feriendum, ne à piratis diripiatur, egregiè munitum est. Vicus ferè cauponibus, stabularijs, calcearijs, aliisque id genus hominibus constat, à quibus hic toto anno ex omnibus propemodum regionibus votorum causa maximo numero confluentibus, necessaria subministrantur. Est & oppidum cum arce Fabrianum. huius incolæ ferè ex charta nobili, quæ inde Fabriana nuncupatur, victum parant. Sunt præterea alia præclara in hac regione oppida, quorum descriptionem apud Leandrum luculentam habemus. Apenninus mons hoc loco, vbi huic regioni imminet, editissimis iugis se ipsum superat, in quibus antrum illud horribile quod Sibyllæ cognominant (*Grotta de la Sibylla *vulgò) atque campos Elysios fingunt.*

Digitized by Google



Digitized by Google

REGNVM NEAPOLITANVM.

VNiuersum hoc regnum hodie continetur inter Adriaticum & Tyrrhenum mare, ab amne Truento, & Fundis, vsque ad Fretum Messanæ; continetque nouem opulentissimas amœnissimasque Italiæ regiones. Ea sunt, Latij pars, Campanania felix. Lucani, Calabria, Magna Græcia, Salentini, Apuli Peucetij, Apuli Dauni & Aprutium. Vrbs, quæ regno dedit nomen, lautissima ciuitas Neapolis, maris littori & amœnissimorum collium radicibus apposita est; Aërem habet placidissimum & mollem, agrum iucundissimum; eo que hac ætate Principes illustresque viri non minori frequentia quàm olim, Neapolim concurrunt: etenim vniuersi ferè regni huius Reguli maiorem anni partem hac in vrbe exigunt, ædesque splendidissimas fermè omnes habent: vnde Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Equitum, Doctorum, Baronum ac nobilium hominum plena confertaque adeò est, vt pauciſſimæ Orbis terræ ciuitates huic exæquari incolarum nobilitate posse censeam. Vrbs spatium amplectitur magnum, inter mare amœnissimosque colles ædificata magnificè, mœnibus firmissimis, præsertim haud pridem iussu Caroli V. Imp. consepta, munitaque. Arces fortissimæ sunt hæ; Castellum nouum, hoc Alphonsus primus instaurauit, operibusque maximis sepsit, adeò vt firmissimis Europæ totius propugnaculis adnumerari merito queat. Castellum hinc Capuanum, quod nunc concilijs habendis, & Imperij, ciuitatisque negotijs attributum est. Item Castellum Oui, modico extra vrbem spatio in scopulo (Meagrum veteres appellabant) cinctum mari. Præter hæc, Castellum Santemerense est in rupe mœnibus vrbis imminente superioribus annis à Carolo V. mirificè communitum. Extra muros Australi parte moles in mari, opus arte summa factum conspicitur, ad Portus commoditatem atque tutelam, nauibus ex omnibus ferè orbis partibus perpetuo pleni. Gymnasium etiam omnium disciplinarum Neapolis habet; ad quod studiosorum ex toto regno maximus fit concursus. Extra magnificentissimam hanc ciuitatem, ager amœnissimus atque iucundissimus est, non solùm rebus ad hominum animalium que necessitatem, sed etiam ad voluptates atque delicias oportunis vndique confertus. In primis omne genus frumentum, vinique nobilissimi summam abundantiam fundit, adeò, vt qui non viderit, tantam vnius iugeri tum frumenti, tum vini vbertatem esse posse, haud facilè credat. Colles item hoc in agro feracissimi, pleníque nobilissimorum fructuum; & aliqui theatrorum instar areas planas cingentes, venationibus ferarum oportunas. Præterea circum Neapolim horti amœnissimi cultissimique medicis, ac eiuscemodi generosis arboribus, ornati, dulcissimóque riuulorum vndique discurrentium murmure resonantes sunt. Lege Vbertum Toliettam & præcipuè Leandrum.

Digitized by Google




Digitized by Google

APRVTIVM.

IN regno Neapolitano prouincia eſt quam vulgò Abruzzo vocant, Latini Aprutium; Vnde vti in obſcuro, ita non à Brutijs, vt quidam fortè putauêre, indubitatum. Terminos huius hodie faciunt mare Adriaticum à Septentrione; Trontum olim Truentum, à parte Occidentali; Fortorum, quondam Frento flumina, à parte Orientali: à Meridie habet Apenninum montem: quamuis & vltra hunc aliquibus in locis ſeſe extendat. Hanc autem Alphonſus Magnanimus Arragoniæ Rex diuiſit in duas, in Aprutium Citeriorem nempe & Vlteriorem: quam Vlteriorem ſolam hæc tabula comprehendit. Diuiditur hæc à Citeriore, flumine Peſcara, ab antiquis Aternus dicto. Tradit Scipio Mazzella in ſua Regni Neapolitani accuratiſſima deſcriptione, hanc regionem eſſe ſitu naturáque munitam, & incolis ſtrenuis habitatam: eius agrum eſſe vini & armenti fecundum. Vrbes huius primariæ ſunt Aquila, Interamna, Amatrica, Atria, Pinna: & quondam Amiternum atque Furconium: ex cuius ruinis Aquilam hinc quinque millibus diſtantem ædificatam in colle ſcribunt Volaterranus & alij. Vrbs hæc ſita eſt in agro omnium rerum fertiliſſimo: vt cuius braſſica capitata (cauli capucci vocant) triginta, interdum quadraginta libras adpendere tradit Mazzella: adeò vt non fruſtra Martialis dixerit, *Nos Amiternus ager felicibus educat hortis.* Croci in huius pomœrio tam inſignis prouentus, vt inde ſingulis annis pretium quadraginta millium ducatorum aureorum recipiant. Forum hic rerum venalium celebratur quotannis à populis circumiacentibus. Habet centum & decem templa. Circa hanc vrbem deſcribit Blondus ſaxum, ſub quo fons olei, Petronici vocati, manat: quod oleum à multis petitum addit: at diligentius à Teutonis, Hungariſque colligi & aſportari, quàm ab ipſis Italis. Idem ſupra hanc vrbem, circa Aterni fluminis fontem dicit ſibi ab accolis oſtenſam pyxum colli innatam, taliter faſtigiato, vt aqua pluens in eam arborem, triplici facta diuiſione in tres magnos amnes diuerſas petentes regiones, Velinum, Truentum, & Aternum, dilabatur. Amiternum autem olim vrbs in hiſtoria celebris, & nobilis hiſtorici Saluſtij patria: hodie eius fundamenta tantum apparent.

Digitized by Google



Digitized by Google

HAec quod ad terrarum ſitum attinet, temperatiſsimam Orbis partem ſortita eſt. Fruges, olera, fructus præſtantiſsimi hic ſunt. Auena huius regionis cum hordeo, & hordeum tritico aliarum, certare poteſt. Melones optimi ſaporis, & citria vbique bene proueniunt. Herbæ Medicis vtiles, omnium efficaciſsimæ. Cælum ſalubre, ſolum non aridum, neque paluſtre. Sed hæc tanta munera, quibuſdam etiam malis videntur mixta: nam & hic Natura, Arachneum animal gignit nocentiſsimum, cuius venenum fiſtulis & tympanis pellitur. Sunt & Cherſydri ſerpentes, & Bruchi quoque; quæ omnia tactu fœdant. Huius regionis Vrbes, olim fuere, Tarentum; hæc ſedet ſuperba, inter duo maria piſcoſiſsima; oblongæ Inſulæ habet formam. Vrbs omnium iudicio inexpugnabilis. Callipolis vrbs ſita eſt in extremo promontorio longe in mare procurrenti, ſed arctiſsimo Iſthmo, adeò vt in aliqua parte, vix curribus peruius ſit. Munita eſt, & rupibus ſepta: à continenti Vnicus eſt aditus; in quo caſtellum eſt munitiſsimum. Hydruntum, hæc totius peninſulæ, & aliquanto amplius nomen Metropolis, ſuo (vt puto) merito adepta eſt: hæc vetuſtate, ac ciuium fide, atque animi magnitudine ſatis nobilis. Portum habet ſatis commodum, ſed ab Aquilone, minimè tutum. Olim minutiſsima erat, nunc ferè æquata ſolo. Hic terminus eſt maris Hadriatici & Iouij, Plinio auctore. Brunduſium vrbs eſt nomine famoſa, portum habens omnibus cognitum, quæ duabus Cathenis, & turribus clauditur, exterius rupibus ac Inſulis vtrimque munitur. Vrbs quondam populoſiſsima, nunc ferè deſerta.

Digitized by Google




Digitized by Google

NEmo veterum Historicorum vel Geographorum non meminit, atque studiosè hanc Insulam descripsit; imprimis Strabo, Plinius, Solinus, alijque. Hanc optimam Insularum omnium appellat Diodorus: Solinus item, quicquid hæc siue soli, siue hominis ingenio gignit, proximum esse his quæ optima iudicantur, scribit. Ex Neotericis verò sic eam describit Vadianus: Sicilia non fertilitate modo (ob quam tamen Cereri & Baccho à veteribus consecrata fuit; & horreum etiam Vrbis Romæ credita) sed frequentia atque vetustate oppidorum, amnium commoditate, & rerum gestarum memoria, victorijsque Pœnorum & Romanorum altercantibus, super omnes alias insignis. Vrbes eius septuaginta duas Plinij ætas numerauit. hodie duodecim Episcopatus feruntur, latè patentibus dioecesibus. Post diuisum Orientis & Occidentis Imperium Constantinopolitanis paruit per annos pene cc. Tenuere eam multis annis Sueuorum Duces. Ab Anglis & Lotharingis etiam petita inuasaque fuit, hoc maximè tempore, quo in Syriam & Saracenos expeditiones sumebantur. Postremò in Regum Arragonum Hispaniæ manus peruenit, hodieque ijsdem obsequitur. Neque alia est, quòd quidem sciam, toto Orbe Insula, quam ex æquo Græci & Latini scriptores partim nobilitate Insulæ, partim autem occasione rerum gestarum, celebriorem reddiderint.

Qui plura velit, Benedictum Bordonium, qui omnes Orbis terrarum Insulas vno volumine comprehendit; Leandrum Albertum; Dominicum Nigrum; Franciscum Maurolicium; Marium Aretium, qui eam doctissimè; & tandem Thomam Fazellum Siculum, qui eam exactissimè pleniſſimeque, describit, legat: apud quem quoque Ætnæ montis historiam habes, de quo etiam Petrus Bembus peculiarem libellum edidit. Sed lege etiam Ciceronis Orationes in Verrem. Totam Siciliæ antiquitatem ex numismatibus restituit Hubertus Goltzius.

Digitized by Google



Digitized by Google

CORSICA.

COrsica, Maris Mediterranei Insula, varijs olim populis inhabitata fuit. Longitudo est mill. cxx. Ambitus ccc. xxv. Vrbes, Plinius xxxiii. in ea fuisse testatur. Hodie bifariam in duas partes eam distinguunt. Plagam quæ Orientem Solem respicit, Latus interius; partem verò huic obuersam, Latus exterius vocant, Pars quæ Italiæ propinquior est, Cismontana; & quæ versus Sardiniam excurrit, Vltramontana dicitur. Incolæ tamen alteralterum Vltramontanum, se ipsum verò Cismontanum, ad montium situm respicientes, appellant. Insula est ab omni parte aditu difficilis, quum præruptis vndique collibus comprehensa sit. Interius similiter magna ex parte montosa, ideoque frumenti non adeò fertilis est, Vino tamen commendatur, quod hinc Romam exportatur, Corsicumque à loco nomen habet. Gignit & equos feroces, & canes venatico spectatæ magnitudinis: Musmo quoque animal, Plinio auctore hic est, arietis genus, quod lanæ loco, villum fert Caprinum; Mosoli hoc hodie vocant. Hoc animal tamen à Strabone in Sardinia describitur. Incolas pro sternuis militibus Italia habet. Mel amarum veteres hic inueniri scribunt. Solus hic ager lapidem gignit Catochiten, qui manum impositam, velut gummi retinet. Hæc insula primùm à Tyrrhenis occupata fuit, deinde à Carthaginensibus: his eam eripuerunt Romani, qui eam tenuerunt vsque dum Saraceni eos expulerunt. Hos ex ea profligarunt Genuenses. Tandem capta à Pisanis, Pontificibus cessit. Vltimò ad Genuensium iura redijt, quibus hactenus obedit. Hanc insulam tam accuratè, ex Augustini Iustiniani commentarijs describit Leander Albertus, vt omnino nihil in ea desiderari posse videatur.

Digitized by Google



Digitized by Google

ISCHIA INSVLA.

TErræmotibus hanc insulam (olim Aenariam, ab Aeneæ classe hîc appulsa nominatam) ab origine obnoxiam fuisse, ignes, calidasque aquas sæpius exinde eruptas, ex Strabone, Plinioque discimus. Epomeum montem ille vocat, hic Epopon (S. Nicolai hodie indigetant) quem ex eadem causa è fundo emicuisse; concussum, interdum ignes euomuisse tradunt. Hinc fabula nata de Typhone gigante, (apud Homerum, Virgilium, Silium, Lucanum, alioſque,) vt idem interpretatur Strabo, quem iacere sub ea, obuersuque corporis flammas exspirare & aquas, fabulantur: vtriusque enim ad miraculum vsque feracem docent etiam ex recentioribus Io. Elysius, Franciscus Lombardus, Io. Pontanus, Solenander, Andreas Baccius, & instar omnium luculentissimè huius tabulæ auctor Iasolinus: qui numerat in ea, præter octodecim balneas naturales ab aliis descriptas, triginta quinque à se primum detectas. Idem præter hæc balnea ostendit in eadem nouendecim sudatoria, (*Fumarolas* vocant) & quinque arenas medicatas, ad suburationis, in medicis, vsum. De igne subterraneo hoc Aristoteles in Admirandis, nempe æstuaria hic esse, igneá quidem vi, feruentique ardore supra modum ardere, nec tamen flammam emittere, at contrà accipe hanc historiam ex Elysio, Pandulpho, & Pontano. Est locus in hác insula M. P. ferè ab vrbe cognomine, qui Cremate à fœdo incendio, quod hîc sub Carolo II. Anno millesimo trecentesimo primo accidit, nomen retinet. Hic enim ruptis tunc terræ visceribus, ex anhelato incendio, non modica sui parte ita conflagrauit: vt viculum igne absumptum, post voragine absorpserit, prouolutisque ingentis magnitudinis in sublime saxis; fumo, flammis, puluereque immistis, postque per agros sparsim impetu suo iactatis, maximè vberem atque amœnam insulæ regionem, vastauit. Duraunitque hoc incendium binos continuos menses, quo factum, vt multi homines & animalia ea clade perierint: multique inde conscensis nauibus in vicinas insulas, continentemque aufugere coacti fuerint. At non minùs aliarum rerum hæc insula ferax. Vina enim in ea celeberrima & multi generis, vt quod Græcum, Latinum, Sorbinium, & Caudam caballi nominant. Frumenti, idque optimi, circa Epomeum montem, diues. In ea cedrus, citrus, coloneus vbique. Alumen, sulphur, ex eius subterraneis effoditur. Neque auro immunis, contestantibus hoc olim Strabone, quondam Elysio, & hodie Iasolino. Circa Ligorum (vulgò sic dictum) montem multa venatio fasianorum, leporum, cuniculorum, aliorumque animalium siluestrium. Ad promontorium S. Angeli piscationis magnus prouentus, etiam corallij. Haud procul inde est Ficus (siue Fichera) portus, vbi aqua è terra ebulliens, id qua carnes & pisces exiguo tempore coquuntur: eaque nihilominus est boni saporis. Inibi fons Nitroli dictus, in quo illud admirandum, præter eius in sanandis morbis virtutes, quòd in eo linum impositum, spacio trium dierum, ad summam perducit albedinem.

Digitized by Google




P

Digitized by Google

DVas Melitas nobis commemorant Geographi: Vnam, quæ ex Illyrico Corcyram nauigantibus occurrit, Alteram inter Siciliam & Africam, quæ, Strabone teſte, canibus illis delicatioribus nomen & pretium dedit: Hæc procul abeſt à Pachino Siciliæ promontorio, Sexaginta M.P. periculoſo freto diſiuncta, centum triginta M.P. in ambitu colligit. Ea nunc corrupto vocabulo Malta dicitur: & in ea ciuitas eiuſdem nominis. In duo ad Aquilonem promontoria prominet, quorum alterum Iunoni, alterum Herculi olim ſacratum erat; in quibus celeberrima deorum templa fuêre; quæ non ab incolis tantùm, ſed ab exteris quoque, etiam hoſtibus, maxima in veneratione habita fuêre. Habet etiam optimos portus, ex quo opibus aucta. Et præcipuè in componendis ex lino telis, potens quondam fuit. Cumino hodie & xylino lino fertilis. In vtra verò Melita D. Paulus naufragium fecerit, quidam ambigunt. In actis refert Lucas, Paulum Adriatico mari iactatum, poſt multos errores, naui fracta cum ſuis in littus ignotum appuliſſe, idque poſteà cognouiſſe eſſe Melitam: poſt tres verò menſes, naui Alexandrina vectum, Syracuſas veniſſe. Ipſa narratio indicat Melitam fuiſſe illam Africani littoris, non Illyrici inſulam. Quid enim nauis Alexandrina Syracuſas petitura, faceret in littore Illyrico? At inquies, Iactabatur Paulus Adriatico. Fatendum, at idem mare etiam huc vſque extendi, docent Strabo & Ptolomæus. Hinc nulli dubium eſſe debet, quin B. Paulus in hanc inſulam delatus ſit, eamque naufragio ſuo, nobilem reddiderit. Sed his annis proximè elapſis, fugata illa Turcarum, maxima claſſe, Hieroſolymitanis Equitibus propugnatoribus, eam fortiter atque immortali gloria defendentibus, multo celebrior facta eſt. Hanc inſulam eleganter deſcripſit Quintinus Heduus.

Digitized by Google



Digitized by Google

COrcyra Insula est maris Ionij. Vlysis naufragio & Alcinoi hortis clara, dicta à Phæace, Phæacia: nostra verò ætas, Corfu nominat. Decem M. P. à continente est. Fœcunda, Homero teste: & vbi felices viri nascebantur, rerum maritimarum maximè studiosi, ait enim, Phæacibus nullam esse sagittandi curam; sed in malis, remis, nauibus occupati, alacres spumosum mare sulcant; & alio in loco dicit, vt Phæaces in nauigando cæteros viros præstant, ita in texendo, mulieres. Hoc enim muneris illis Minerua largita est, vt & scitè manibus operarentur, & bonam mentem haberent. Insula qua parte Septentrionem spectat, plana; qua verò Meridiem, alpestris est. Habet tamen hæc pars aliquem sinum à cautibus liberum, & à vento tutum, quo in loco ex fonte fluuiolus quidam mare inuadit. Opidum primarium in ea, vnà cum insula Corfu vocatur. Aliquando Corinthiorum, aliquando Samiorum colonia fuit: nunc Venetorum ditionis est; qui arcem munitissimam oppido adiunxêre, præsidio contra Turcarum insultus. Incolæ Græci sunt. Cæli mira clementia, qua fit, vt nemora ipsa ex citris medicis, atque id genus arboribus, constent. Segetes tamen minus lætas habet, propter Austrinos ventos, quibus exsiccatæ, arescunt, antequam ad maturitatem perueniant. Mellis hîc ingens copia colligitur.

Digitized by Google



Digitized by Google

HISTRIA.

INter omnes qui hanc Regionem deſcripſerunt auctores, Ludouici Vergerij ex HISTRIA oriundi deſcriptionem, ſuccinctè pro loci capacitate Lectori offerre decreui. Hic in Munſteri Coſmographia dicit hanc Pæninſulam, ab initio ſinu vbi Tergeſtum ſitum eſt iuxtą eius littora, vſque ad oppidum S. Viti, quod in Fanatico ad Flumen amnem eſt, pluſquam CCM. paſſus habere. Tota regio, inquit, minimè plana eſt, ſed neque arduos montes habet, neque etiam infœcundos, verius colles dicendi ſunt; vitibus, oleis, aliiſque fructiferis arboribus conſiti, frumento, paſcuis & pecoribus abundant. Vnum tamen habet montem altiſſimum, in ea parte qua ad Fanaticum vergit ſinum, quem vulgò Montem maiorem appellant. Is nauigantibus primùm apparere ſolet; in cuius ſummitate fons exoritur vberrimus. In hoc monte aliquot ratiſſimæ herbæ naſcuntur, quarum gratia Medici etiam hinc longè habitantes, ſæpius magno labore hunc conſcendunt. Fluuij Hiſtriæ ſunt tres; Formio ſcilicet, Nauportus, & Arſia: primum accolæ Riſanum, vocant; Nauportum, Quietum appellant. Poſtremus fluit in ſinum Fanaticum, & eſt modò Italiæ terminus. Vrbes ſunt; Mugla, Iuſtinopolis, Inſula, Pitanum, Humagum, Emonia, Parentium, Oſara, Rubinum. Pola in extremo Hiſtriæ promontorio à Græcis exſtructa, Romani eam dixerunt PIETATEM IVLIAM: in huius agro Amphitheatri reliquiæ viſendæ ſunt, cum ſepulchris aliiſque monumentis antiquiſſimis. S. Vitus, omnes maritimæ. Mediterraneæ verò Pinguentum, Montona, Portulæ, Griſinanum, Bullæ, Santo-Laurentius, Duo Caſtra, Santo-Vincentius, Vallis Adignanum, Pameranum, Albona, Flanona, Petina, Galignanum, Coſlacum, Piſinum, Celeberrima eſt Iuſtinopolis, quam vulgò Caput Iſtriæ vocant. Plinius Ægidam. Ea eſt in ſcopulo ſita, longè à continenti, cui longo ponte iungitur. Paret Venetis, cum multis alijs: nam pars oppidorum Iſtriæ, Auſtriacis obedit. Incolæ plerique pauperes, & Vicinia ampliſſimarum vrbium Italiæ extenuati.

Digitized by Google



Digitized by Google

ZAra, olim Iaderam vocatam putamus: eiuſque territorium Liburniam antiquitus dictam, ſcribit quidam. Incolæ iam olim piratica celebres fuere, ideo Liuius eos vocat gentes feras, & magna ex parte latrocinijs Maritimis infames. Sebenico, Sicum antiquorum eſt. Vtraque maritima in littore Hadriatici maris vrbs, ſub Venetorum imperio. Ager eſt fertilis, vrbs amœna, ſed hodie parum culta, propter excurſiones Turcicas. Et loco quo in hac tabula videntur depicta antiquarum ædium colapſa fragmenta, Dominicus Niger Eſſeſiam vrbem olim fuiſſe, eamque nunc ſolo æquatam ſcribit; locumque hodie Beribir dici, vbi Epigrammata Græca, Latinaque, & alia antiquitatis monumenta multa etiamnum viſuntur. auctor anonymus huius tabulæ, Bergane eum vocat. Lege de hoc tractu Illyridis eundem Nigrum, Geographiæ libro 6. Addam quod legi in Itinerario M. Cornelij Sceppers, Oratoris quondam Ferdinandi Rom. Regis apud Solimanum hoc nempe: Vidimus Zaræ, inquit, templum S. Ioannis de Maluaſia, ſic vocatum, quod onerariæ nauis ibi periclitantis nautæ vouere ſe conſtructuros templum, cuius calx temperaretur vino Maluatico, quod factum fuit.

Digitized by Google



Digitized by Google

ILLYRICVM.

ILlyricum, aut vt alijs placet, Illyris, regio eſt in ora maris Adriatici, Italiæ oppoſita. Huius termini non ab omnibus ijſdem limitibus circumſcribuntur. Plinius enim hanc inter Arſiam & Titium fluuios conſtringit. Ptolemæus verò eam ab Hiſtria ad Macedoniæ vſque confinia ſecundùm maris littora producit; mediterranea eius ad Pannones & Mœſiam Superiorem expandit. Multo ampliorem eam deſcribit Pom. Mela, & Dionyſius Alexandrinus, totam enim maris Adriatici oram à Tergeſto ad Ceraunios vſque montes, Illyrijs aſſcribit, eoſque vltra Danubium fluuium habitare docet; Danubium namque inter eius flumina Mela numerat. Illyricum nomen habet ab Illyrio Polyphemi F. ſcribunt auctores: quidam ab Illyrico Cadmi filio eos denominatos ait. Totam Illyrici oram maritimam cum inſulis vicinis, commodis inſtructam portubus ſcribit Strabo; cùm quidem contra, Italica ora huic obiecta, ſit importuoſa. Calida eſt, vt Italia, & bonarum frugum ferax ora Illyrici, oleis & vitibus egregia; niſi quòd loca quædam prorſus aſpera ſunt. Quæ ſupra hanc ſita eſt Regio, montoſa eſt tota, frigida & niualis; maximè quæ ad Septentrionem vergit. Incolæ huius olim latrocinijs admodum dediti; hodie verò paulo manſuetiores, lignea plerumque habitant ædificijs culmo contectis, præter paucas littorales vrbes, in quibus humanius degunt. Inter has primi nominis eſt Raguſi, olim Epidaurus, vrbs hodie Emporio & Repub. nobilis, quondam libera, nunc autem Turcis tributaria, eoque nomine (vt Nicolaus Nicolai in ſuis Obſeruationibus teſtatur) quotannis 12000. ducatorum aureorum Ottomannis pendit. Hæc de Illyrico in genere; nunc de noſtra hac tabula, quæ totum Illyricum ſecundùm horum auctorum deſcriptiones, præterquam Plinij, minimè continet. Sunt verò in hac tabula, Hiſtria, Slauonia, Dalmatia, Boſnia, Carinthia, Carniolæ & Stiriæ pars: omnes ferè regno Hungariæ vectigales, præter pauca maritima, quæ Venetis parent. Turca autem non minorem earum partem ſibi ſubiugauit. Hæ regiones ferè omnes ſuis tabulis à nobis deſcriptæ ſunt, eoque hic nihil de ijs dicere decreuimus. Tantùm de Stiria hoc addere libuit, hanc regionem ſcilicet ſtrumoſos illos populos producere inuenitique ibidem tam ingenti ſtruma, vt ipſis loquelam impediat; & mulier lactans (vt Aubanus ex fama tradit) illam poſt tergum, perinde atque faccum reijciat, ne infanti impedimento ſit. Strumæ cauſam, aquæ aëritque quibus veſcuntur incolæ tribuunt.

Digitized by Google



Digitized by Google

HAec eſt illa regio, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam Imperio & bellica laude diu floruit. Libera primùm, ſed dum imperium in ſocios affectat, ſerua. Vt in genere deſcribamus omnium incolarum huius regionis viuendi morem, operæpretium viſum eſt, Nobiles & ciues à ceteris plebeiis, infimæque fortunæ hominibus diſcernere: nam qui in maiori exiſtimatione haberi volunt, Principum, quorum Imperio ſubſunt, more veſtiti conſpiciuntur; ita vt qui ſub Venetis degunt, Venetos; & qui Turcis parent, Turcas veſtitu exprimant. Cetera plebs ſub cuiuſcumque ditione ſit, tam in continenti quàm inſulis, aliquid ſuæ antiquitatis hactenus retinet: nam plerique omnes comam ab occipite nutriunt, & à fronte ſinciput tondent; vtunturque magnis duplicibuſque pileis. Inſulares in religionis exercitio vtuntur omnes fermè eiſdemque ritibus, eademque forma cerimoniarum. Plerique omnes Turcarum more non multum ſuppellectilis habent, nec lectis plumis refertis vtuntur; at eorum loco culcitras quaſdam habent, ex tomento ſiue lana confectas. Omnes odio habent vinum aqua mixtum, & vſque in hunc diem antiquum propinandi morem obſeruant, & præcipuè Cretenſes: in eo autem differunt à Germanis, quòd iſti inuicem vrgent magnis culullis: Græci verò paruos hauſtus inuicem propinent, vnde vt olim antiquitus, ita & nunc Græcari pro inebriari dicitur. Sed quia in bibendo certas quaſdam leges ſeu cerimonias obſeruant, eaſdem prætermittere noluimus. Primò vtuntur valde humilibus menſis, & bibunt per vices; nunquam ordinem prætermittentes, ita vt ſi quis antequam ad illum peruenisſet bibendi ordo, vinum poſceret, magnæ inciuilitatis notaretur. Et qui promptiſſimus eſt ad infundendum, poculum tenet, ceteriſque omnibus ſolus per ordinem infundit. Vtuntur in iſtis compotationibus paruo quodam vitro ſine baſi aut pede, ita vt minimè è manu reponi liceat, illudque omnino ebibunt, ne guttam quidem vini relinquentes. Interdum ſeſe inuicem prouocant ad bibendum Germanorum more, & tum quidem amplectuntur ſe mutuo, manumque alter alterius contrectat, illamque oſculatur, frontiſque admouet; deinde malas ſiue genas tam dexteram quàm ſiniſtram exoſculantur, ſed tunc non obſeruant bibendi ordinem. Et quia fortiſſimum illud vinum paruis hauſtibus potitant, & inde valde incaleſcunt, ſemper cantharum aqua plenum preſto habent, & ſimiliter magnos aquæ hauſtus ingurgitant, vt ſeſe iterum refrigerent: aliter haud quaquam ſitim ſedare poſſent. Mulieres non adſunt illorum conuiuationibus. Vetus ille mos ethnicorum deplorandi mortuos, etiam hodierno die per totam Græciam obſeruatur, vti & in vicinis regionibus. Nam poſtquam aliquis vita defunctus eſt, mulieres certo quodam in loco conueniunt; & ſummo mane vlulatum quendam ordiuntur, percutientes pectora, vnguibus genas lacerantes, extrahenteſque capillos, ita vt planè miſerabile ſpectaculum exhibeant. Et vt melius hæc myſteria peragerentur, mulierem conducunt egregiè canoram, quæ ceteris præcinit, vt intermiſſiones, pauſas vocant, & accentus huius næniæ meliùs intelligerentur: atque in hoc planctu laudes virtuteſque defuncti recitant ab ipſius natiuitate, vſque ad extremum eius halitum. Hæc ex Petri Bellonij obſeruationum lib. 1. vbi plura.

Digitized by Google




Digitized by Google

CANDIA olim CRETA.

CRetam hodie Candiam vocant: maior est Cypro, minor autem Sicilia & Sardinia, quibus solis in toto mari Mediterraneo cedit; interim nobilitate & fertilitate par omnibus. Olim centum vrbibus claram fuisse prisci scriptores tradunt: earum circiter quadraginta Plinij ætas nouit, hodie verò, Bellonio auctore, tres tantum alicuius nominis habet; quæ sunt: Candia, Venetorum colonia, vnde insulæ nomen; Canea & Rhetimo. Ambitus insulæ quingentorum viginti millium passuum est. Vbique montosa; obque id incolæ admodum venationibus addicti. Nullus inibi nauigabilis fluuius. Sed neque noxium animal gignit. Hanc insulam nobilem, & toto terrarum orbe cognitam, facit optimum vinum, quod incolæ Maluasiam vocant, indeque per omnes Orbis ferè partes auehitur. Hoc vinum antiqui Pramnium vocarunt; auctor Bellonius. Cupressorum arborum ad naues fabricandas, hîc maxima copia. Hæ tantæ altitudinis nascuntur, adeò vt spectabilius nihil humano visui sit, inquit Do. Niger. In hac Insula Labyrinthus fuit à Dædalo, ad Aegyptij exemplar (Plinio teste) fabricatus. Huius adhuc extare vestigia Georgius Alexander eius insulæ Præsul, apud Volaterranum auctor est. Mons est effossus (inquit) ac vndique concauus, vna tantùm & angusta via aditur. Dux loci peritus præcedit cum ardente funali, inextricabilem errorem per tenebras monstrando. Petrus Bellonius verò, antiquorum operum diligens inuestigator, & qui hanc insulam nostra tempestate non otiosè perlustrauit, lapidicinam hîc olim fuisse, non Labyrinthum ait; vulgo Cretenses sic tamen vocari: quod verisimilius est, cùm Plinius scribat suo tempore nulla extitisse eius vestigia. Sed huius loci ex Bellonio hîc adijciam descriptionem: Locus est inter Gnosium & Cortynam, qui cùm olim ad lapides excidendos admodum idoneus videretur, indigenæ eius loci lapidicinam ibi construxerunt ex qua cùm multi lapides indies excíderentur, multa subterranea excisa sunt diuerticula, ita vt cùm quis per lapidicinam incedit, in multos anfractus incurrat. Lætho flumini vicinus est Pseudolabyrinthus ille, in quem cùm quispiam est ingressurus, necesse est eum rusticos è vicino pago accersere, vt cum candelis ingrediatur. Sed in ea tot vespertiliones stabulantur, vt nisi quispiam sibi ab eis caueat, dum obuolant, suis alis faces extinguant. Hanc Insulam primus in Romanorum potestatem redegit L. Cæcilius Metellus Creticus, anno ab Vrbe condita Dcxxcv. Sequentibus temporibus sub Impp. Constantinopolitanis fuit, postea concessa Bonifacio Montis-ferratensi, à quo demùm Venetis diuendita fuit anno M. C. xciiii. quibus hodie paret.

Digitized by Google




Digitized by Google

CYPRVS.

CYprus inter maiores maris Mediterranei insulas locum sibi vendicat. Tota figura parte altera longior est. Huius Metropolis & Regia, est Nicosia. Est magusta vrbs nobilissima, & totius insulæ Emporium, portu & vectigalibus diu la insularum est inferior; nam & vino abundat, & oleo; frumenti quoque satis hab etiam metalla in ea fuerunt, in quibus vitriolum & rubigo æris nascebatur, a cinæ vsum idonea. Canna mellis multa in ea reperitur, ex qua saccarum exc Vini etiam, quod cum Cretico certare posset, est ferax. Ex pilis quoque ca pannus conficitur, cui Zambelloto nostra ætas nomen dedit. Multas res Insula gentes mittit, ex quibus lucra non pauca redundant. Alienis non multum eget, se parum salubrem habet. Tota Insula deliciis incumbit: feminæ admodum lasci Tam eximiæ fertilitatis est, vt olim Macaria, id est, Beata, dicta sit; & tantoperè dedita, vt ob id, Veneri sacra credita sit. Habet Insula in circuitu, quadringen ginti septem millia passuum, in longitudine verò, ducenta. Sed vt huius Insu litas magis eluceſcat, Am. Marcellini de ea elogium adijcere iuuat. Is enim in scriptione, hæc refert: Tanta tamque multiplici fertilitate abundat rerum omn prus, vt nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, à fundamento ipso c supremos vsque carbasos ædificet onerariam nauem, omnibusque armamentis in mari committit. Veneti eam rexerunt ab anno M.cccc.LXXIII, ad annum M quo anno eam Turca Selymus Christianis eripuit.


Digitized by Google



Digitized by Google

HVngaria à Drauo ad meridiem ſumit initium; à Septentrione, Sarmatis, quos Polonos, & Getis quos VValachos dicimus, terminatur; ab Occaſu Auſtriam habet, ſuperioris quondam Pannoniæ caput; ab Oriente Myſiam, quam Rhetianam nunc appellant. Danubius omnium quos Europa habet, fluuiorum maximus, mediam interfluit, atque in partes, nempe in citeriorem & vlteriorem ſcindit. Citerior eſt ea vbi olim Pannoniæ fuerunt: hæc ab vlteriore Hungaria Danubio, ab Auſtria, & Norico, radicibus Cæcii (ſic olim dicti) montis; à Slauonia Drauo, à Bozna & Raſcia Sano fluminibus terminatur. Huius citerioris Hungariæ caput eſt Buda, regni ſedes. Nobiliora in ea opida, Alba Regalis, coronatione & ſepultura regum inſignis, Strigonium metropolitana, Quinque Eccleſienſis, Epiſcopalis ſedes, præterea Sopronium, Taurunum, & Sabaria Diui Martini, & Stridon, Diui Hieronymi patria. Vltra Danubiana Hungaria montibus Carpathys ſupra Poſonium incipientibus, & longiſſimo flexu ad littus Euxini maris porrectis, à Morauia, Sleſia, Polonia, & à Ruſſia diſtinguitur, vſque ad eum locum vbi regio eſt quam Maromaruſiam vocamus. Ibi iam alij montes & ſilvæ ab eo loco Seuerinum verſus tendentes, à Tranſſiluania & VValachia Tranſalpina ſeparant. Hanc vlteriorem Hungariam Tibiſcus fluuius piſcoſiſſimus, in montibus Maromaruſijs ortus, mediam interfluit. Hæc Hungaria habet opida nobiliora, ad Septentrionem Poſonium, Tirnauiam, &c. ad Meridiem verò Colociam, Bachiam, Zegedinum, &c. vltra Tibiſcum, Varadinum, Dedrecinum, &c. cum fodinis auri & argenti. Seuerinum, vbi pontis olim à Traiano Imperatore exſtructi veſtigia etiam nunc apparent, & alia quæ breuitas hiſtorica nunc prolixiùs vetat enumerare. Incolæ Scythica lingua vtuntur, ab omnibus finitimis diuerſa. Nulli regioni terrarum hominum robore, pecorum fœcunditate, vbertate ſoli, metallorum copia cedens, cæli benignitate, & pulchritudine ſitus, omnibus Orbis regionibus ſuo iure poſſit anteferri. Tellus rerum omnium copia à natura donata; vbi aurum, argentum, ſal, lapillos, colores effodere licet. Frumenti, pabuli, leguminis, & pomorum abundantia præſtat. Neque deeſt amnicorum copia piſcium, & cupri confectura, in pleriſque fluminibus auri optima ramenta inueniuntur: quin & in vitibus in aurifero ſolo ſatis aurum quandoque legunt. Conſule Petri Ranzani Epitomen rerum Hungaricarum, qui ſe aureas ex vite virgulas ad digiti & ad hemipedis longitudinem complures vidiſſe, inter alia huius regionis miracula, quæ enumerat, affirmat.

Digitized by Google



Digitized by Google

TRANSSILVANIA.

TRanſſiluania Daciæ olim pars; eius caput Alba Iulia, vel à Iulio Cæſare, vel ab Huila potius quodam Hunnorum Principe, ita dicta. Oppida complura nobiliſſima, in quibus Cibinium, Braſſouia, Coloſium, Biſtricia, & plura alia, à Germanis, quos nos Saxones appellamus, condita & habitata. In ea ſunt Siculi, genus hominum ferox & bellicoſum: inter quos nullus neque nobilis, neque ruſticus, omnes eodem iure cenſentur, Helueticorum inſtar. Tranſſiluania ipſa rerum omnium eſt feraciſſima, præcipuè auri, argenti, & aliorum metallorum; adhæc Salis montani. Equos generat nobiliſſimos; vino abundat, ſed non æquè excellenti, vt Hungaria & Sclauonia, Tranſſiluaniam duæ cingunt Walachiæ; Tranſalpina, & Moldauia: illa Danubio; hæc Mari Euxino admota: vtraque cum Tranſſiluania, eam Euporæ nunc occupant partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iſte tractus Tranſdanubialis, qui non ſolum Hungariam vlteriorem, ſed Tranſſiluaniam quoque cum vtraque Walachia continet; Danubio, montibus Carpathijs, Mari Euxino, & rurſus eodem Danubio ex omni parte includitur. Hæc Stephanus Broderith. In ſiluis iubati boues; & Vri, ac ſilueſtres etiam equi, vtriſque eorum mira pernicitas: at equi iuba ſunt ad terram vſque demiſſa: domeſticis per ſe eſt mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Frumenti per vniuerſam Tranſſiluaniam magna eſt vbertas; Præter experientiam quotidianam teſtatur id Traiani numus, in quo Ceres erecta, dextera tenens Cornu Amaltheæ, læua tabellam, cum hac epigraphe: ABVNDANTIA DACIÆ.

Digitized by Google



Digitized by Google

ROMANIA.

QVam hodie Romaniam vocant, antiqui Thraciam vocauere. Ampliſſima olim fuit regio, & latè pa ab Oriente Pontus Euxinus, ac Propontis, à Meridie Aegæum mare, ab Occaſu Macedonia Pann occurrebant, à Septentrione habet Hæmum montem, Mœſiaſque. Regio nec cælo læta, nec ſolo: (& niſi q propior eſt) infœcunda & frigida. Ptolemæus hanc in quatuordecim præfecturas diuidit: Danthleticam, cam, Beſſicam, Cænicam, Cœleticam, Corpialicam, Droſicam, Mædicam, Samaicam, Sapaicam, Sardicam, cam, Vrbanum, & Vſdeſicam. Poſterior ætas eam in has ſex prouincias diuiſit, Europam, Hæmimontum, M Secundam (quæ eſt Inferior) Rhodopen, Scythiam, & Thraciam, proprie ſic vocant. Deinde vno nomine R nia dicta fuit, & ſic tota etiamnum hodie appellatur. Circa Byzantium tamen Galatiam à Turcis nominari ligo, vbi & Galata vrbecula hodie, quam noſtri Peram vocant, & antiquitas Cornu Byzantium. Montes in h gione celebres ſunt, Hæmus, Rhodope, Orbelus, Pangæus, alijque. Flumina; Hebrus, Neſſus, Melas, & Strymo placet nonnullis: ſunt enim qui hunc vltimum fluuium Macedoniæ attribuunt, Vrbes claræ in ea; Abdera Apo nia, Phinopolis, Philippopolis, Nicopolis vtraque, Hadrianopolis, Selybria, Debeltus, Heraclea, Lyſimachia, & ni æuo clariſſima Byzantium, à Byza conditore ſic nominata, quæ poſtea à Conſtantino Imperatore ampliat firmata, vocata fuit Conſtantinopolis, & hodie corrupte & correptè Stambol. Hæc hodie vti & olim, dignit primum locum inter eius vrbes obtinet, ſecundum Hadrianopolis (Andernopoli vulgò) Poſt hanc Sophia, & ali Habet hæc regio quoque adiunctam ſibi Cherſoneſum, ſiue Peninſulam Thraciam cognominatam. Callipolis h vrbs; & Seſtus Leandri amore pernobilis. De huius tabulæ regionibus multa in Chronico Saxonico Dauidis Ch træi. Inſulæ Thraciæ vicinæ in Aegæo mari ſunt; Samothracia, quæ hodie Samandrachi; & Thalaſſia Ptolemæi quæ apud alios Thaſſus appellatur, & hodie huius nominis veſtigium conſeruat: Taſo enim recentiores nomi nant. In Propontide eſt Præconneſus ſiue Elaphonneſus. hæc etiam Neuris aliquibus dicta fuit, nunc Marmora nominatur à Turcis & Græcis. Ad Boſporum ſunt. Cyaneæ, poëtis celebres, qui eas olim mobiles Argonautarum autem nauigatione ſtabiles factas, fingunt, ſuo more Præter veteres Geographos Ptolemæum, Strabonem, Plinium & Pomponium, recentiores quoque legendi de hac regione ſunt, imprimis Lazij Commentaria rerum Græcarum: & Bellonius in ſuis Obſeruationibus. Vrbem Conſtantinopolim accuratè atque diligentiſſimè deſcripſit Petrus Gyllius. Fatali quodam genio quis dixerit hanc vrbem ad regnorum caput natam, Romamque Nouam aliquando dictam, regionemque hodie Romaniam: ita vt non immerito nec ſine afflatu fatidico, inſignis ille vates Tibullus olim videatur cecinisse, ROMA TVVM NOMEN TERRIS FATALE REGENDIS. & Romuli teſtimonio cæleſtes ita velle, VT ROMA SIT CAPVT ORBIS TERRARVM. Liuius I.

Digitized by Google



Digitized by Google

POlonia, quæ à planitie terræ, (quam ipſi vernaculè etiamnum *Pole* vocant) nomen habet; v gio eſt, quæ Sleſiæ ad Occidentem proximat: Hungaris, Lithuanis ac Prutenis cõtermina. Di in Maiorem & Minorem. Maior dicitur quæ Septentrionem aſpicit, habetque Gueſnam, Poſnauia inſigniora loca. Minorem vocant, quæ ad Meridiem vergit, haberque nobilem vrbem Cracouiam, put Viſtulæ, quæ regionem diuidit, ſitam; reliquæ ciuitates parum nitidæ. Ex maceria domos fermè nes componunt, pleraſque luto linunt. Plaga regionis paluſtris eſt, & nemoroſa. Potus genti cere Vini rariſſimus vſus; nec vineæ cultura cognita. Equitatu in bello maximè præſtat. Ager ceteris f multa genti armenta, multa ferarum venatio. Melle abundat. Habet & ſalis maximam copiam, quo terra eruitur. Habet & æris fodinas in montium iugis, Tatri, ab incolis dictis: nec non ſulfuris. C merus ſcribit Polonos ab Hungaris *Iengel* vocari, à Lecho eorum genitore. Conprehenditur ſub P niæ regno etiam Lithuania, quæ magna ſui parte paluſtris, plurimumque nemoroſa, & eò difficilis ad ac quodammodo inacceſſa, aquis omnia obtinentibus: hieme commercia cum Lithuanis habiliora: paludi & ſtagnis alta glacie concretis: niueque ſuperinfuſa, fiunt omnia mercatoribus peruia. Rara in Lithua opida; villarum incolatus infrequens, Accolarum diuitiæ pecora, pelleſque pretioſæ multigenum ferarur quibus regio inſigniter ſcatet. Ceræ ac mellis abundans. Biſontes hæc regio producit; animalis genus ei quod incolæ *Suber*. Germani *Vr-ochs* vocant; quale nos Antuerpiæ vidimus anno 1570. Hinc & quoqu illud animal quod Latini Alces, Germani *Elandt* nuncupant. Sermo genti vt Polonis, Sclauonicus. Capu Regionis Vilna eſt, Epiſcopalis ciuitas, tantæ magnitudinis, quantæ Cracouia. Domus tamen contiguæ n ea non ſunt, ſed veluti in rure, horti intermediant & pomaria. Omnis illa roborea materia quæ *VVagen-ſchot* noſtratibus vocatur, & ex qua in Germaniæ inferioris & Belgicæ maritimis regionibus vniuerſa ferè lignea opera Architectonica tam publica quàm priuata, domorumque magna ex parte vtenſilia fabrican-tur, his partibus caditur, illincque ad nos per Balticum & Germanicum mare aduehitur. In Polonia viri plerique nobiles excellenti ingenio præditi ſunt, tenenturque parati eſſe, ad bellum vocantibus generalibus militiæ ducibus.

Digitized by Google



Digitized by Google

PRVSSIA.

PRuſsia, Latinè Boruſsia, olim vocata Hulmigeria, ſicut adhuc quædam portio Regionis iuxta Viſtulam, appellatur Culmigeria. Putatur primùm per omnem Prouinciam inhabitata à populis qui olim ſederant iuxta Tanaim fluuium, Europam diſterminantem ab Aſia: ſed qui pertæſi ſterilis illius terræ, & egreſsi quæſitum fertiliorem terram, venerunt in Hulmigeriam, ibiq́ue conſederunt, illecti bonitate illius ſoli, nomine ſuo totam illam cognominantes regionem. Eſt Regio frumenti ferax, aquis irrigua, & hodie colonis plena, habens multa ambitioſa oppida, ſed & multi maris ſinuoſi flexus reddunt eam amœnam. Eſt in ea pecorum ingens vis, multa venatio, atque diues piſcatio. Habet autem Pruſsia ab Oriente Lithuaniam, à Meridie Poloniam, ab Aquilone Liuoniam, & ab Occidua parte Pomeraniam. Maritima eius hodie in Vrbibus & Arcibus Teutonica eſt; at in rure interiori, pauci priſcæ linguæ homines manent. Habet maritimas vrbes, Montem regium, opus Regis Bohemiæ, vbi Principis nunc ſedes eſt; Elbingen, & omnium nunc locupletiſsimam Gedanum (Dantiſcum vulgò vocant) vrbem inſignem, magnumq́ue mercatorum emporium. Hæc Munſterus. Hæc Pruſsia etſi Regem Poloniæ agnoſcit, eius pars tamen proprium habet Ducem, qui ſe Ducem Pruſsiæ nominat Iſq́ue Regiomontem, nonnullaq́ue alia in ea oppida poſsidet. Succinum ſiue electrum vt antiquitas illud vocauit, Germani *Bernſtein*, *Agſtein*, *Ammeren*, in huius regionis littore reperitur, & nuſquam terrarum alibi, magno horum incolarum bono. huius hiſtoriam peculiari opuſculo deſcripſit Latinè & Germanicè Andreas Aurifaber Vratiſlauienſis.

Digitized by Google



Digitized by Google

LIVONIA.

Liuonia porrigit se in longitudinem iuxta mare supra quatuor stadiorum millia; in latitudinem minimùm ad M. ccc. stadia patet. Prussi Lithuani, & Russi eam circumhabitant; cetera Liuonicus sinus lambit, Habet hæc Liuonia, Curones, Esthenos, Lettos, nationes tam moribus quàm lingua diuersas. In arcibus & opidis lingua Saxonica, aut, si mauis Germánica, prævalet. Regio est nemorosa, plana, & sine montibus, fluuijsque irrigua, magna ex parte inculta; agri tamen fertiles. Nam si vinum & oleum, & alia quædam mittiori cælo subiectis terris concessa diuinitus, excipias (nam his aduecticijs tantùm vtuntur) cetera ad vsum humanum necessaria, in ea reperiuntur tanta copia, vt cum exteris omnino largè communicentur. Piscibus enim & venationibus abundat. Lepores in hac regione singulis anni tempestatibus colorem (haud secus atque apud Heluetios in Alpibus) mutare, Munsterus auctor est; hieme enim albi, æstate verò cinerity sunt coloris. Hinc ceta, & mella, cineres, pix arida, & liquida, quam *Ther* vocamus; Item illud frumenti genus, quod Secale Latini, nos *Rogge* appellamus, in magna abundantia quotannis ad nos adferuntur. Habet ciuitates amplas insignem ad elegantiam exstructas, inter eas principe loco sunt Riga, Bremensium Germanorum Colonia, sita commodo loco ad amnem Duna. Emporium est, & metropolis huius regionis, Arcem habet instructissimam. Altera Riualia, quam Rhuteni Roliuam vocant, à Rege Danorum Voldemaro condita, portu in sinu Maris Baltici insigni clara. Hæc non est minor quàm Riga in commercijs. Tertia Dorpatum. Russis finitima qui eam *Iuryongorod* appellant. Huius mœnia Beca fluuius alluit, ad negotiationes cum Russis per oportunus. Hic fluuius vno fertur alueo in Oceanum, qui cùm de præruptis scopulis præcipiti lapsu ruat idem vicinioribus accidit quod vsu venire habitantibus ad Nili cataractas accepimus (inquit Levvenclaius) vti nimirum paulatim surdescant. Secundùm has ciuitates oppida sunt alia minora magnificis arcibus munita, primùm Venda, propter aulam Magistri militiæ nobilitata, & in medio totius regionis sita, Dein Velinum, Pernouia maritima, Volmaria, Veseburgum, Vitestenum, Narua, & alia. Hodie in Liuonia adhuc permulti gentilium ritu Viuunt; alij Solem adorant, alij lapidem & serpentes. Mortuum sepelientes, genialiter circum cadauer epulantur, defunctumque inuitant ad bibendum. Postea deponunt in sepulchrum, adduntque ei securim, cibum & potum, & nummulos aliquot pro viatico, inclamantque: Abi in alium orbem, Teutonibus imperaturus, quemadmodum tibi tuique in hoc orbe imperârunt.

Digitized by Google

LIVONIA.



Digitized by Google

POMERANIA.

POmerania ad mare Balticum ſita, à primis cultoribus, patria lingua, hoc eſt VVandalica, P: appellata eſt. Ab indigenis inhabitata, & propriis ſemper Dynaſtis, alienis autem nunquam ſubie Hæc eſt vbique fertilis, aquis irrigua, ſtagnis abundans, natabus peruia, diues agris, paſcuis, pomis, lig montibus, venatione, pecore, piſcibus, frumento, butyro, melle, cera, & alijs his ſimilibus rebus. Eſt c culta ciuitatibus, opidis, arcibus, & vicis; nec vllus eſt locus in ea vacuus, aut inculrus, niſi quem aut montes occupant. Huius ripa vallo ſolidiſſimo à natura adeò eſt munita, vt nullam maris inundationem In hoc littore inſigniores eius vrbes ſitæ ſunt, præter paucas in mediterraneis ſitas. STETINVM, GARDIA, TARGARDIA, &c. STETINVM olim vicus à piſcatoribus dumtaxat inhabita ſuſceptum verò Chriſtianiſmum, & deſtructam Vinetam, tranſlato illuc Emporio, adeò efflorescere hodie Metropolis totius regionis ſit. Habet ſitum amœniſſimum, in ripa Oderæ fluminis, à qua ſenſim uerſum cliuum aſſurgit. Vallis ac mœnibus munitiſs. fulcitur. Grips Waldum opidum in Ducatu ſtenſi, quem alij Bardenſem dixêre, hoc ciuilibus malis diu laborans extenuatum eſt; Anno verò 1456. ro ibidem Gymnaſio, paululum reſpirare cœpit. Iulinum opidum olim nulli clariſſimarum vrbium, ſiue domus magnificè exſtructas reſpicias, ſecundum: Nobile erat VVandalorum Emporium. Tanta rum frequentia, qui ex Ruſsia, Dania, Saxonia, Sorabis, totaque VVandalia huc confluebant, quoni quens, vt tota Europa vix ſimile, excepta Conſtantinopoli, reperiri poſſe videretur. At varijs bellorum à Danorum regibus affectum, tandem ad nihilum fere redactum eſt. Ea rerum viciſſitudo. Hodie Wo vocant. Stralſund, in littore maris: olim proprium habuit Principem, Ducem nempe Bardenſem. Vr colis & mercatoribus frequens. Vineta, fuit hæc quoque olim vrbs, fortè hodie Archon, aut Iulin Sub annum Chriſti 1107. Otthо Bambergenſis Epiſcopus Pomeraniam cum Duce VVeriſlao ad Chri conuertit. Vide Albertum Cranium & alios.

Digitized by Google



Digitized by Google

HÆc eſt Regni Poloniæ, qua Sileſiam attingit, portio. Olim verò ad hoc Regnum non pertinebat. Oſwieczimenſis ditio (quam Germani ſua lingua *Auſchwits* vocant) diſtat ſeptem milliaribus à Cracouia. Polonis ceſsit ſub Cazimiro III. anno 1454. Zatorienſis verò ſub Sigiſmundo I. anno 1548. poſt quadringenteſimum ferè annum ad corpus & compagem Poloniæ redijt. Vixit hic Sigiſmundus annos LXXXII. regnauitque XLIV. & gentem Sarmaticam tum ſua indole, tum longa conſuetudine bellicoſa vicinis hoſtibus terribilem reddidit, Auctor Cromerus in ſuo Poloniæ Chronico. Sita eſt regio ad oram Viſtulæ fluminis. Carpathum montem habet à parte Meridionali. Hunc *Crpack* vulgò appellant: Ruſci *Bieſcid*; & Hungari *Tarczal* vocant. Germanis multis nominibus innotuit, eam enim *Munch, Vatter, VVurtzgarten, Chremnitz* & *Semnitz* nominant. Zator metropolis ſui Ducatus arcem habet ad fluuium *Skandam*, qui ſeſe in viſtulam exonerat.

Digitized by Google




R

Digitized by Google

COmprehendit hæc tabula tria Regna, Norvegiam, Sueciam. Gothiam; & partem Regni Danici alia tas Prouincias; vti sunt, Bothnia, Finmarchia, Finlandia, Lapponia, &c. Norvegia interpretatur Sep lis tractus aut via. Hæc mittit in reliquam Europam piscem ex genere Asellorum, frigore induratum & in fastem, vnde & eum Germani dicunt *stock-fisch*. Captura eius laudatissima est Ianuario, quando sup vt induretur; & qui clementioribus mensibus capiuntur, mateſcunt; neque sunt idonei, vt exportentur tus littoralis Norvegiæ est mitis; mare non conglaciatur; niues non diu durant. Suecia Regnum est diu æris, plumbi, & ferri, frugum, pecoris; & proventu immenso piscium ex fluminibus, lacubus, & mari; ve quoque ferarum. Stockholm in ea est Regia & emporium, vrbs munita arte & natura sita est in palu Venetiarum. Inde sortita est nomen quod sita in aquis, fundamenta sint palis stabilita. Gothia, id est, l Regi Sueciæ paret. In ea est Portus & emporium Calmar, vrbs magna, habetque Arcem quæ operum ne certat cum arce Mediolanensi. Apud Tingulla oppidum, sunt fossiones optimi ferri. Est in hac Tabu insula (veteribus Thyle dicta) miraculis, si quæ alia, clarissima. Etiam Groenlandia, paucis nota. Est Frislandia insula vereribus prorsus ignota; neque apud neotericos Geographos aut Hydrographos eius tio præter vnum Nicolaum Zenum Venetum, qui anno à Christo nato M. CCC. LXXX. varijs diutini Oceano iactatus procellis, tandem naufragus ad hanc insulam appulit. Mare huic insulæ ab Occidente breuiis & scopulis plenum Icarium, & insulam in eo Icariam ab incolis nominari scribit. De Groenlanc sula dicit, hyemem ibi esse nouem mensium, ibidemque eo tempore minimè pluere; neque ineuntis h vnquam ante eius finem dissolui. Sed mirandum quod de monasterio Prædicatorij ordinis in hac Insu mæ dicato addit: Esse nempe non procul ab eo montem Aetnæ instar igniuomum, ibidemque ignitaru fontem, cuius aquis non solùm omnia huius monasterij monachorumque habitacula hypocaustorum calefaciunt, sed etiam, omne genus ciborum, etiam panem, alio nullo adhibito igne coquunt. Tota hui rij fabrica ex tophis constat, quos idem mons inter ebullientes flammas eructat. Hi ardentes tophi eni tura aliquid pingue habeant, & solidi sint, hac aqua superinfusa extincti, aridi & foraminibus rari atque quuntur; aqua verò in bitumen tenacissimum mutatur; quo postea cùm hi tophi in structuram coniic glutinantur, solidissimumque opus contra omnem temporis iniuriam constituunt. Hortos etiam suos rigatos, vario florum, frugumque genere ridentes ferè semper habent. Situm est hoc monasterium in C te & portum habet satis capacem, in quem hic fons suas aquas euomens, adeò tepidum efficit, vt nus plaga sit frigidissima, congeletur. Inde hîc tantus aquatilium piscium que ex frigidioribus locis concursi lum hi monachi, sed circumuicini etiam accolæ suauiter vnde viuant, habeant.

Digitized by Google



Digitized by Google

PAtet hæc Insula in longitudine centum miliarium Germanicorum. Pro maio inculta est, & montosa, presertim versus plagam Septentrionalem; ob austera s venti Circij, qui nec frutices, vt tradit Olaus, eleuari permitit. Subest regno Norue ratione rex Caniæ, (qui & Noruegiæ) eo quotannis præfectum immittit, cui nunc ol Tempore Haraldi Pulchicomis, sunt qui putant inhabitari cœptam: versus annum millesimum. Diuiditur in quatuor distinctis partibus, secundùm quatuor plagas mu licet in WESTFIORDVNG, AVSTLENDINGAFIORDVNG, NORDLENDING DVNG, & SVNDLENDINGAFIORDVNG, quasi dicas, Occidentalis quadrans, O quadrans, Septentrionalis quadrans, & Meridionalis quadrans. Diuiditur in duos E tus cathedrales, *Schalholi*, & *Hola*. Moneta caret sua, & vrbibus: nam montes haben bibus, & fontes pro deliciis: Ex ossibus piscium domos extruunt, penuria lignorum. vtuntur Cimbrica, siue veteri Germanica. At graminis adeo fœcundum solum ferur cus à pabulo interdum arceatur, ab ruina ne suffocetur periculum. Mercatores a hanc Insulam frequentantes, hinc deferunt pannos, *Vatman* nominatos, Sulphur, *Stock* vulgo sic vocatur) varias carnes, boues, butyrum, sæpe vellera, fœrarum pelles, vu cones albicantes, coruus, vrsos, lepores albicantes, ac multa similia. Multa naturæ in sula miracula: Inprimis est Hecla mons, semper ardens. Fons est, qui fumigantis ac natiuam rei, cuiuslibet originem demolitur: & quidquid fumi huius exhalatione ress in lapideæ naturæ, duritiem transmutatur, forma dumtaxat superstite.

Digitized by Google



Digitized by Google

DE huius regionis incolarum religione, ritu, viuendique more, hæc pauca. In religione ferè rum ritum ſequuntur. Eorum Sacerdotes vxores ducunt. Imagines in templis colunt. Infar baptizantur, ter in aquam toti immerguntur; aqua verò baptiſmatis ſingulis infantibus conſecrati ſeſſionem quamuis ex conſtitutione habeant, vulgus tamen eam Principum opus eſſe, & ad nobil nere exiſtimat. Finita confeſſione, pœnitentiaque iuxta delicti qualitatem iniuncta, ſigno crucis pectuſque ſignant, magnoque gemitu clamant, Ieſu Chriſte fili Dei, miſerere noſtri. Hæc eſt co illorum oratio. Dominicam enim orationem perpauci ſciunt. Communicant ſub vtraque ſpecie, r panem vino, ſeu corpus, ſanguine. Pueris ſeptem annorum porrigunt Sacramentum: dicuntque minem peccare. Feſtos dies viri præſtantiores peractis ſacris, epulis, ebrietate, & veſtitu eleganti tur; vulgus & ſerui plerumque laborant; dicentes feriari, & à labore abſtinere, dominorum eſſe. rium non credunt: pro defunctis tamen ſacra faciunt. Aqua benedicta nemo ſe aſpergit, niſi à S aſpergatur. Ieiunant in Quadrageſima ſeptem perpetuas ſeptimanas. Matrimonia contrahunt; B concedunt, ſed vix legitimum matrimonium eſſe putant. Diuortia admittunt. Adulterium non a niſi quis alterius vxorem habuerit. Mulierum conditio miſerrima eſt: nullam enim honeſtam cred domi concluſa viuat, adeoque cuſtodiatur, vt nuſquam prodeat. Gens aſtuta & fallax, & quæ ma tute, quàm libertate gaudet. Omnes ſe Principis ſeruos fatentur. Rarò illi eſt quies, nam aut bel thuanis, aut Liuonienſibus, aut Tartaris infert: aut ſi nullum bellum gerit, ſunt in præſidijs circa & Occan fluuios ad reprimendam Tartarorum deprædationes. Tunicas oblongas, ſine plicis; mai ctioribus, Hungarorum ferè more geſtant: ocreas ferè rubeas, eaſque breuiores, vt quæ genua nc gant; ſoleaſque ferreis clauiculis munitas habent. Ventrem nequaquam, ſed femora cingunt; atque betenus, quò magis promineat venter, cingulum dimittunt. Iuſtitiam ſtrenuè exercent in prædor ta & homicidia rarò capitali pœna puniuntur. Monetam argenteam habent, non rotunda, ſed ob ouali quodammodo forma. Pellibus nobilibus ac pretioſiſſimis, quæ hinc per totam Europam e tur, regio abundat: & vbique ferè ſiluoſa eſt. Hæc Sigiſmundus Baro ab Herberſtain. Sed vide etiam Bonfinij lib. 1. & 11. Decad. 1. rerum Hungaricarum.

Digitized by Google



Digitized by Google

TARTARIA.

TArtaria hodie ferè vocatur, quidquid terrarum ab Orientali Oceano, siue Mangico, positum est inter Septentrionalem Oceanum, & Meridionales regiones, Sinam, Indiæ partem extra Gangem, Sacos, Iaxartem (hodie Chesel) fluuium, mare Caspium & Mæotidis paludem; & ad Moscos pænè Occidentem versus, quia hæc omnia ferè occupauerunt Tartari, & in ijsdem locis resederunt.

Tartarorum nomen anno salutis M. CC. XII. primùm in Europa auditum est. In *hordas* diuiduntur; quæ vox illis significat conuentus aut multitudo. Homines statura quadrata, lata facie & obesa, oculis contortis & concauis, sola barba horridi, cetera rasi, corpore valido, animo audaci: equis aliisque animalibus quoque modo interemptis suauiter vescuntur, demptis porcis, à quibus abstinent: inediæ somnique patientissimi: equitantes porrò, si fames sitisque illos molestauerit, equis quibus insident venas solent incidere, hausloque eorum sanguine famem pellunt. Et quoniam incertis vagantur sedibus, stellarum, in primis verò Poli Arctici, quem ipsi sua lingua *Selemnicol*, hoc est, ferreum clauum (teste Sigismundo ab Herberstein,) vocant, aspectu, cursum suum dirigere solent. Vno in loco non diu commorantur, rati grauem esse infelicitatem diu in eodem loco hærere. Iustitia apud illos nulla. Homines sunt rapacissimi, nempe pauperrimi; vt qui alienis semper inhiant. Auri & argenti apud eos nullus vsus.

Vides in hac regione Tangut prouinciam; hinc omne Rhabarbarum quod per totum terrarum orbem consumitur, ad nos & vbique gentium defertur. Est hîc quoque Cataia regio, cuius Metropolis est Cambalu, quæ, vt Nicolaus de Comitibus tradit, duodetriginta Italica miliaria in ambitu habet, aut, vt M. Paulus Venetus scribit, triginta duo. Quadrata est forma, in singulis angulis arces constructæ videntur, quatuor milliarium circuitum habentes, in quibus continuè Imp. præsidia sunt. QVINZAI verò vrbs Mangi prouinciæ, quæ Orientem versus ad Oceanum Eoum conspicitur; hanc amplitudine excedere creditur; hanc namque idem M. Paulus, quem circa annum à natiuitate Domini 1260. ibidem habitasse constat, centena milliaria comprehendere scribit. Idem Odericus asserit. In lacu dulci sita est. Sunt in ea 1260. pontes, quorum quidam tantæ altitudinis sunt, vt naues onerariæ passis velis subter eos transeant. Magnus Cham ibi statiuum præsidium 12000. militum habet. Vrbs admodum magnifica est amæna, inde nomen quoque adepta est; cùm QVINZAI, Cæli ciuitas interpretetur, Tartari Imperatorem suum Cham vocant, quod idem sonat quod Princeps.

Digitized by Google



Digitized by Google

TOta hæc regio vni ſubeſt regi, tanquam monarchæ, quem Mundi Dominum, & Cæli filium vocant. Paquin vrbs verſus Tartariam, regia eius ſedes eſt. Ex hac numquam niſi tempore belli egreditur. Manquin ciuitatem quondam eius prædeceſſores habitauêre, in cuius memoriam ibidem aurea tabula magno honore cuſtoditur. Hæc, regis qui hodie regnat, nomen inſcriptum tenet, tegiturque pretioſiſſima cortina, quam niſi feſtis diebus non retegunt, eamque tunc ſuperſtitioſa quadam obſeruantia, quaſi ipſam Regiam referret maieſtatem, venerantur. Aiunt hunc eùm bellum aduerſus Tartaros gerit, in exercitum ducere trecenta peditum millia, equitumque ducenta: at gentem non adeò bellicoſam eſſe addunt. Furta, (quo nullum crimen his partibus odioſius) flagri verberibus crudeliſſimis puniuntur. Flagellationis hic modus eſt. Hominem pronum ponunt, manibus à tergo relegatis; hunc flagro ex arundine aut calamo facto, ſuras crurum percutiunt, cuius ictus adeò vehemens, vt primo verbere ſanguis eliciatur; ſecundus ictus adeò facinoroſum excruciat, vt in pedes conſiſtere nequeat. Singula crura ſinguli carnifices flagellant; tanta vehementia, vt plurimi ex quinquageſimo aut ſexageſimo ictu vitam finiant, omnes enim nerui diſrumpuntur. Luſitani referunt, ſingulis annis eo mortis genere vltra duo hominum millia interire. Flagrum hoc latitudinis eſt quinque digitorum, craſſitudine vnius, quod continuò aqua tingunt, vt flexibilius ſit, & maiori impetu cædat.

Quod ad religionem huius gentis attinet, credunt omnes res creatas, omniaque inferna, atque horum gubernationem pendere à ſupernis, atque Cælo; quem maximum omnium Deorum credunt, eumque primo alphabeti charactere exprimunt. Solem, Lunam, & Stellas adorant, etiam Cacodæmonem, (quem ea forma quam nos Europæi, depingunt) ne mala eis adferat, vt ipſi ferunt. Sumptuoſiſſima habent tam in vrbibus quàm in agris templa. Etiam duplex genus ſacerdotum: alterum candido veſtitu, raſo capite, & in communi viuit, vt noſtri monachi; alterum atro, promiſſo crine, & ſeorſim habitat, vt noſtri presbyteri, Neutrum vxorem ducit, horum vita tamen ſatis impudica & obſcœna. Auri, argenti & rhabarbari hic magna copia. Omni genere piſcium abundant. Serici magnus prouentus. Vrbium magnitudinem ex eo coniicimus, quòd Canton, quam vnam ex minoribus aiunt, habet in circuitu 12. millia paſſuum, vltra 355. præter eius ſuburbia grandia & populoſa. Gens admodum ingenioſa; nam imprimendorum librorum artem, diu ante nos, excogitauerunt. Plura lege apud Bernardinum Scalantum Hiſpanum.

Digitized by Google



Digitized by Google

LOngitudo huius Insulæ, ducentas ferme leucas continet, sed latitudo huic ne quaquam respondet, decem tantum alicubi patet: summum triginta non amplius. De ambitu nihil certi proditum est. Tellus maxima ex parte niualis, ac frigida, neque admodum ferax, aër sanus cum tempore. Septembri Orizam (is cibus omnium communis) quibusdam etiam locis Maio triticum metunt: neque ex eo pane more nostro, sed genus quoddam offæ, (quod Itali *potenta* vocant) conficiunt. Butyrum illis incognitum. Oleo non vtuntur, sed pinguedine illa, quæ à balenis, ad littus maris eiicitur. Loco lumine fascinis, & in aliquibus locis stramine vtuntur. Storeis, culcitræ, in modum tumentibus nitidisque pauimenta consternunt. in ijs & somnum, subiecto ceruicibus lapide vel tigillo, & cibum capiunt genibus nixi, cruribus insidentes. Cænationem intrant discalceati, ne catastromata coinquinent. Tenuiores ad mare præsertim victitant, herbis, Oriza, pisce. Diuites ornant splendidè atque apparatè conuiuium; in singula fercula, sine linteis, aut mappis mutatur sua cuique conuiuæ mensa, è cedro pinuve, palmæ ferè altitudine. Magna habent Templa & monasteria sumptuosa, tam virorum quam mulierum. Magistris religionum vtuntur, ijs qui Bonsij nuncupantur. Inter numina quæ suppliciter adoranda, sunt Adama, & Xaea, sic nominata. Sed habent & alia, à quibus futuræ vitæ, bona expectantur, quos Fotos vocant.

Digitized by Google



Digitized by Google

INDIA.

NObilißimam totius Orbis terrarum partem INDIAM eſſe, neque maiorem regionem vno nomine comprehendi, omnes ferè ſcriptores vnanimiter prodiunt. Ab Indo flumine nomen habet. In duas regiones, Gange flumine interluente, dirimitur: quarum altera, quæ Occidentalis eſt, Intra Gangem dicitur; altera ad Orientem magis, Extra Gangem cognominatur. Hæc India vniuerſa non gentium tantùm, atque oppidorum propè innumerorum, ſed omnium rerum prouentu (ære tantùm & plumbo excepto, ſi Plinio credimus) felix: flumina cùm plurima, tum maxima: quorum irriguo procurſu fit, vt in vdo ſolo, proximantis Solis vi, nihil non magna quantitate gignant. Aromatibus, gemmiſque, quibus præ omnibus alijs mundi regionibus affatim abundat, totum ferè Orbem implere videtur. Serici tanta copia, vt ſufficiat reliquo orbi. Elephantum ea eſt frequentia, vt non tantùm ijs vtantur ad bella, ſed etiam ad onera geſtanda, interdum etiam adarandum. Canes tam grandes ferocéſque, vt etiam cum Leone committi poſſint. Dracones in deſertis immanes æquant ferè Elephantem corporis mole, & cum his perpetuò decertant. Multæ illi contiguæ ſunt inſulæ, hinc inde in ſuo Oceano ſparſæ, adeò vt meritò Orbem inſularum dicere quis poſſet. In primis in eo eſt Iapan, M. Paulo Veneto Zipangri dicta; quæ quoniam paucis abhinc annis haud multis cognita fuit; de ea hic nonnihil dicere viſum fuit. Inſula eſt latißimè patens; cælique eandem ferè eleuationem cum Italia habet. Incolæ religioni, litteris, & ſapientiæ ſunt addictißimi; & veritatis indagatores acerrimi. Nihil illis frequentius oratione, quam more noſtro ſacris in delubris exercent. Vnum agnoſcunt Principem, à cuius imperio & nutu pendent: Sed & hic ſibi ſupremum habet, Voo illis dictum, penes quem ſummum eſt rerum ſacrarum & religionis imperium, hic fortaſſe noſtro ſummo Pontifici, ille Imperatori noſtro, aſſimilari poſſet. Huic plebs animarum ſuarum ſalutem credit. Vnum tantummodo Deum adorant, triplici capite effigiatum, cuius nullam tamen reddere norunt rationem. Infantes apud hos baptizantur: ieiunijs in pœnitentiæ teſtimonium corpora macerare ſtudent: Crucis ſignaculo contra dæmonum inſultus, vti nos, ſe muniunt: adeò vt in religione, & viuendi more Chriſtianos imitari videantur: quos tamen Patres Societatis IESV maximis laboribus in totum Chriſtiana religione imbuere ſatagunt.

Digitized by Google


INDIA ORIENT.
AMERICAE PARS.
PERSIA.
CHINA
INDOSTAN
MAR DEL ZVR
Philippinae
Moluccae
NOVA GVINEA.
Linea
Equatoris.
Orient.
Septentrio.
Meridies.
120
140
160
180
200
40
20
0
20

PERSIÆ REGNVM siue SOPHOR. IMP.

PErſarum Imperium vti olim celebre; ſic etiamnum hodie maximè clarum eſt, ampliſſimáſque regiones comprehendit: nam omnis is Aſiæ tractus, qui eſt inter Tigrim fluuium, Sinum Perſicum, Mare Indicum (quod olim rubrum) Indum & laxartem (hodie Cheſel) fluuium, & Caſpium mare, noſtra ætate à Sophis Perſiæ Regibus, poſſidetur. De Sophorum origine, ex Ioannis Barrij Aſiæ Decadibus hæc tranſtulit Celius Curio, in ſua hiſtoria Saracenica: Anno ſalutis noſtræ M. CCC. LXIX. erat quidam Regulus inter Perſas, Ardenelim oppidum obtinens, Sophi appellatus, qui ſe ex Alis Muamedis generis ſtirpe, per Muſam Cazimum eius nepotem, oriundum gloriabatur. Hic Babylonio Calyfa extincto, aduerſa factione, quam Turcæ tuebantur, à Tartaris depreſſa cœpit liberiùs ſuam de religione ſententiam profiteri: & quia Hocemus Alis filius, à quo ipſe ſe genus ducere iactabat, duodecim filios habuerat, volens aliquod ſectæ ſuæ, quo à ceteris dignoſceretur, ſignum imponere, inſtituit, vt qui ſuam ſectam amplecti vellent, tiaram ſub velo, quo caput Turcæ omnes inuoluunt, (tulibantem appellant) purpuream geſtarent, quæ in medio extra tulibantem duodecim faſtigia emitteret. Eóque mortuo, ſucceſſit filius Guines appellatus, qui tantam ſibi in toto Oriente doctrinæ ſanctitatisque opinionem conciliauit, vt Tamerlanes ille clariſs. Parthorum Imp. qui Baiazetem Turcarum Regem cepit, per Perſidem iter faciens, eum quaſi ſanctum aliquem virum inuiſere voluerit: ab eóque Guines triginta captiuorum quos ſecum adducebat millia, dono impetrarit, quos ipſe pòſt in ſecta ſua inſtituit; eorúmque operâ Secaidar eius filius in bellis vſus eſt: is enim Guine mortuo, Georgis Scythiæ populis, ſuis finitimis, ſed Chriſtianis, (horum viribus fretus) bellum intulit, multiſque illos cladibus afflixit, &c. Hæc de Sophorum origine dicta ſint. Hi cum Turcis continua bella ob Mahumetanam Religionem gerunt; quoniam Sophiani vnum Mahumetica Religionem interpretem ſequuntur, & Turcæ alterum; qui quidem interpretes inter ſe ſunt diſſentientes, adeò vt Sophiani hæretici ſint nuncupati à Turcis, & Turci à Sophianis. Gens natura liberalis eſt, & ciuilitatis amans, litteras & artes colunt, nobilitatem agnoſcunt: in eo à Turcis differunt, quòd hi nullum ſanguinis aut ſtammatum diſcrimen norunt.

Digitized by Google



Digitized by Google

TVrcici Imperij originem, incrementum, & quomodo in eam quam vides magnitudinem 300. annis excreuerit, paucis habet. Anno 1300 OTTOMANNVS Turca, à quo familiæ Imperatorum Turcarum nomen Ottomanni adhæsit, Zichi cuiusdam filius, tenuis conditionis homo, ingenio & rei militaris peritia, nomen ac dignitatem inter suos adeptus 27. annis quibus imperauit, Bithyniam, Cappadociam, plurimaq; ad Pontum loca munita obtinuit. Successit illi filius ORCHANES; qui Prusiam vrbem amplissimam expugnauit, & Regni caput fecit; ac à Tartaris 22. Imperij anno cæsus, illud filio AMVRATHI reliquit. Hic à Græcis dissidentibus euocatus, primus ex Asia in Europam traiecit, vbi Callipoli, Cherroneso, Abydo, Philippopoli, Hadrianopoli, & regionibus Seruia Bulgariaq; subactis, superiorem Mysiam ingressus, cùm regnasset annos 23. pugione percussus, interijt. Filius eius BAIAZETHES, Post occupatam Phocidem & bonam Thraciæ Græciæq; partem, victus à Tamberlane, ignominiarum extrema passus, inglorius obijt. Capto patre, CALEPINVS regno adscitus, cùm Sigismundum bello fusum deturbasset, plura adgressus, in ipso ætatis flore, sexto Imperij anno, exstinguitur. MAHOMETES post hunc Imperium arripuit, & VValachiæ ac Slauoniæ maiori parte cum Macedonia deuictis, ad Ionium vsque pelagus peruenit: Hadrianopoli autem, quò Regiam sedem transtulerat è vita excessit, regni an. 14. Hinc AMVRATHES II. debellauit Epirum, Aetoliam, Achaiam, Bœotiam, Atticam, Venetorumq; vrbem Thessalonicam. Huic successit MAHOMETES II. Athenas euertit; Constantinopolim 29. Maij. anno 1452. expugnauit; Trapezuntium Imperium, Corinthum, Lemnum, Eubœam, Mitylenen, & Genuensium vrbem Capham bello subegit, regnauit an. 32. BAIAZETHES II. Naopactum, Methonam, & Dyrrhachium Venetis abstulit; Dalmatiamque omnem depopulatus, veneno sublatus est. Inde eius filius ZELIMVS Imperium inuasit. Hic, Sultano cæso, Alcairum, Alexandriam, totamque Aegyptum & Damascum suo imperio subdidit. Successus patri vnicus filius SOLIMANVS, Belgradum, Budam, Stridonem, ac totam ferè Hungariam occupauit, Rhodum deditione obtinuit, Quinq; ecclesias euertit. Iula vrbe capta, in obsidione Zigethi obijt. Eam filius ZELLIMVS II, diruit, qui & Cyprum Venetis ademit an. 1570. Successit huic AMVRATHES III, qui magnam Africæ, maiorem Europæ, maximam Asiæ partem, à maioribus acceptam, imperio possedit.

Digitized by Google



Digitized by Google

PALÆSTINA.

PAlæſtina, ſiue Terra promiſſionis, in duodecim tribus diſtinguebatur, quarum nomina, Ruben, Simeon, Iuda, Zabulon, Iſachar, Dan, Gad, Aſer, Nephtali, Beniamin, Manaſſe, Ephraim, & ita cuiuſuis filij Iacob appellatio in poſteritate ſua & eiuſdem loco hæſit. Deinde ſub Roboam, cùm terra Iſraël & Regnum per ſeditionem in duas partes diſcerneretur, Iuda & Beniamin tribus ſub vna comprehenſæ Iudæ nomen, retinuerunt. Quod ideo factum eſt, quia Iuda propter potentiam, & quia ex ipſa naſciturus erat Meſſias, fuit celeberrima, & ſic à digniori facta eſt denominatio. Sed reliquæ decem tribus, quibus Reges Samariæ præerant obtinuerunt nomen Iſraël.

Hæc pars poſt captiuitatem Babylonicam iterum in duas regiones eſt diſtincta, videlicet, in Samariam & Galilæam. Samariæ Metropolis vnde regio nomen habuit, fuit ſedes Regum Iſraël. Sed Galilæa ab alienigenis gentibus eſt occupata, 3. Reg. 9. 4. Reg. 17. Vnde reliquis Iudæis cœpit eſſe inuiſa: Vt etiam conuitij loco Galilæos inſectarentur. Huius Boreæ pars per contemptum Galilæa gentium, & propter ſitum Superior eſt appellata: Reliqua verſus Auſtrum dicta eſt Inferior. Sequentibus ergo temporibus vſque in ætatem Chriſti & Apoſtolorum, atque deinceps, terra Canaan vel Iſraëlitica in tres partes diſtincta, triplici quoque appellatione eſt vſa. Superior verſus Sidonem & Tyrum fuit Galilæa: media Samaria: Inferior ad Auſtrum & Arabiam Petræam, propriæ dicta eſt Iudea, quod teſtificantur Mat. 2. & Ioan. 4. Hæc tantum duas tribus Iuda & Beniamin complectebatur. Quamquam etiam vniuerſa terra Canaan, vſque ad Thraconos montes, & Ammoniticam regionem nuncupata ſit Iudæa. Mat. 19. Marc. 10. Itaque & Plinius citerioris Iudææ mentionem facit. Strabo lib. 16. & Lucanus lib. 2. eandem quoque Iudæam appellant: quod nomen, vt dictum eſt, à tribu Iuda occaſionem ſumpſit. Ptolemæus & alij eam vocant Palæſtinam, à Palæſtinis, quos ſacri libri Philiſtijm nominant, cùm & hæc gens propter potentiam & bella quæ cum vicinis per aliquot ſæcula geſſit, magni nominis fuerit. Herodotus in Polymnia, & Dion. lib. 37. Syriam Palæſtinam vocant eam partem Syriæ quæ reſpicit Aegyptum. Ptolemæus Palæſtinam Iudæam vel Syriæ dicit, quia Palæſtina eſt pars Syriæ: ſicut Pomponius Mela exiſtimat, qui eam Syriam Iudææ vocat. Quam florens ac populoſa fuerit vniuerſa hæc regio, vel ex eo apparet, quod Dauid in ea cenſuerit, millies mille & trecenta millia virorum bello aptorum. Varias mutationes expertam, multiſque bellorum tempeſtatibus obnoxiam fuiſſe, ſacra teſtantur monumenta, & Græcæ Latinæque hiſtoriæ.

Digitized by Google



Digitized by Google

PEtrus Bellonius in Peregrinationum ſuarum doctiſſimis Obſeruationibus, inquit hanc Aſiæ partem (ab antiquis Minorem appellatam,) hodie à Turcis Natoliam, aut Anatoliam appellari, à Græco vocabulo, ἀνατόλια, quod Orientem ſignificat. Eoque vocabulo comprehendi omnem Aſiæ Regionem vltra Propontidem, & Helleſpontum (cui Ottomanorum proſapia præeſt) ſitam; nempe vniuerſam Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Pontum, Lydiam, Cariam, Paphlagoniam, Lyciam, Magneſiam, Cappadociam, & Comagenam. De his Aſiæ populis, audimus Eloquentiæ parentem Ciceronem in Orationem pro Flacco: Namque vt opinor Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria & Lydia, vtrum igitur noſtrum eſt in veſtrum hoc prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem? Quid de tota Caria? Nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, Siquid cum periculo experiri velis in Caria id potiſſimum eſſe faciendum, &c. Quarum Regionum conditionem, viuendique morem atque ritum hodiernum ſcire qui deſiderat, eundem Auctorem tanquam teſtem oculatum, conſulat. Videat & Andreæ Theueti Coſmographiam Orientalem (vt vocat:) Nicolaus Nicolai obſeruationes Orientales; & Petri Gillij Boſphorum. Ex omnibus Aſiæ regionibus Paphlagoniam ſolam æs proferre eiuſque Regem (quem Iſmaëlem vocat) ex ea quotannis tributi nomine quinque myriades ſtaterum auri accipere, ſcribit Laonicus Chalcondilas. Videtur tamen hic eum non de vniuerſa Aſia hoc velle intelligi, quum addat, hoc æs, ſecundum Iberiæ æs, optimum perhiberi. Iberia enim Aſiæ regio eſt ad mare Caſpium. Sed de Aſia quæ Minor cognominatur, cuius pars Paphlagonia eſt, hoc fortaſſe verum erit. Rhodum Inſulam, quæ huic Aſiæ Minori adiacet, deſcripſit Theodoricus Adamæus Suallembergus.

Digitized by Google



Digitized by Google

ÆGYPTVS.

ÆGypti apud omnes Auctores, ob antiquitatem, & in ea res plæclarè geſtas, memoria & claritas nemini non nota eſt. Hæc mari Mediterraneo, Sinu Arabico, Bugia Regione, & Libyæ deſertis clauditur. Nilus fluuius totius Orbis maximus, eam per medium ſecat. Hic quo altior, eo ſolum fœcundius. Auctus eius per puteos menſuræ notis deprehenduntur. Iuſtum incrementum eſt cubitorum XVI. ſi vlterius increſcat, abſumuntur tempora ſerendi, ſi minus, non rigatur pro ſiti. In XII. cubitis famem ſentit. In XIII. etiammum eſurit. XIIII. hilaritatem adferunt. XV. ſecuritatem. XVI. delicias. Maximum incrementum fuiſſe memorant XVIII. Cubitorum, Claudio Principe: Minimum v. bello Pharſalico, veluti necem Pompei flumine auerſante. In ea ſunt Alexandria, Emporium olim celeberrimum; & Cayrus, hodie inter maximas Africæ vrbes numerata: & demùm ſtupendæ illæ ob altitudinem omnibus ſæculis decantatæ Pyramides, inter ſeptem Orbis miracula habitæ. Quorum omnium cognitionem qui velit, ex veteribus legat Diod. Siculum lib. I. Strabonem, Herodotum, Plinium, & Amm. Marcellinum lib. 22. Ex Neotericis, Petrum Bellonium, Dominicum Nigrum, Laurent. Coruinum Nouoforenſem, & Guilielmum Tyrium lib. 19. cap. 24. ſed inprimis Ioannem Leonem, qui eam diligentiſſimè perluſtrauit, omneſque eius vrbium antiquitates, ſitum, populoſque, ſigillatim deſcribit. Ludouicus Nugarola Dialogum edidit, inſcriptum Timotheum, ſiue de Nilo. Scripſit & Ioannes Goropius Becanus Niloſcopium.



Digitized by Google

CARTHAGINENSIS PORTVS.

CArthaginem Romani Imperij æmulam, & alterum poſt Romam Orbis terrarum decus, deſcribere, noſtri non eſt inſtituti; ſed quia hunc eius ſinum proſtare in Italia hac forma vidimus eum huic noſtro operi etiam inſerere non ingratum Geographiæ candidatis exiſtimauimus; atque hiſce Pauli Iouij verbis exprimere viſum fuit. Carthaginenſis ſinus ea forma eſt, vt eius ingreſſus ab alto adnauigantibus abſcondatur; quoniam Clupeæ promontorium, antiquis Mercurij & Pulchri vocatum, multum in Occidentem Solem ſeſe extendit, & introrſum demum ſe reflectens, alterum efficit promontorium, olim Apollinis, hodie Zafranium à nautis appellatum. Inde verò lunato ambitu ad Guletæ fauces recuruatur; & ad læuam Radæ Vrbis calidarum aquarum ſalubritate celebris, regionem relinquit. Ex aduerſo autem collapſæ Carthaginis ſitum ſpectat. Hæc ille. Sed apud Ioannem Leonem etiam loca huic vicina, luſtrare licebit. Carthago nunc magna ex parte deſerta eſt, & præter rudera & aquæ ductus aliquot, vix habet quicquam priſcæ maieſtatis. Incolis tamen in miſera fortuna, aiunt factum Punicum adhuc inhærere. Audi Auſonium:


Prima vrbes inter Diuum domus aurea ROMA,
CONSTANTINOPOLI *aſſurgit Chartago priori,*
Accuſat CARTHAGO *Deos, iam plena pudoris*
Nunc quoque ſi cedat, Romam vix paſſa priorem.

Digitized by Google


Sep 33 trentrio.
dens.
Ori.
34
Occ. 34
Meri. 33 dies.
C. Bono olim Prom. Mercurii
Capta
Adrumetum
Ruspina
Thermarum ruina
Aphrica el Aphrodysium
Curca
Curcia
Carolo 5to.
Sinus
Goletta
Rota
Carthaginenses
Portus farina
Reades
Sicca Tabu
Reades sb.
Thona
Arsenale
Tunis
Restalia
Meria
Bardo
CARTHAGINIS CELEBERRIMI SINVS TYPVS.
Tunis capta et in Christianorum potestatem redacta est a Carolo quinto Romanorum Imp. A. a Chris. nato 1535

QVem Europæi Præsbyterum Ioannem vocant, inter maximos noſtræ ætatis Monarchas, procul dubio cenſendus eſt, vt qui inter vtrumque Tropicum à mari Rubro ad Aethiopicum ferè Oceanum pertingit. Eſt his regionibus magnus Monaſteriorum vtriuſque ſexus numerus. In virorum Monaſteriis, mulier, neque animal feminei ſexus vllum intrat. Horum Monachi ieiunium, quod quinquaginta dierum hîc eſt, aqua vt plurimum & pane obſeruant; nam piſcium hîc magna eſt penuria, præſertim in Mediterraneis; nam etſi amnes piſcoſi ſint, piſcationibus tamen minimè indulgent, cùm artem piſcandi non calleant. Horum quidam eo tempore vix panem guſtant, ſed herbis duntaxat ſuſtentantur: ſunt inter illos, qui per totum hoc ieiunium non dormiunt, niſi mentotenus ſubter aquam ſedentes. In templis more noſtro campanas habent, ſed plerumque ſaxeas. Sacerdotes, Presbyterique ſunt coniugati. Miſſam celebrant. Proceſſiones crucibus thuribuliſque peragunt. Monachi comam nutriunt, Sacerdotes non item, neuter calceis veſtitur; neque quis calceatus (etiam laicus) templum ingredi poteſt. Diebus Sabbathinis & Dominicis feriantur. Circumciduntur omnes, etiam feminæ, ſed baptizantur quoque in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſed non ante diem quadrageſimum: qui ad hunc diem non pertingunt, inbaptizati obeunt. Omnibus baptizatis eodem momento ſacram Euchariſtiam miniſtrant, multa ſuperinfuſa per os frigida, vt facilius à pueris diglutiatur. Nomina quibus induntur propria, ſunt omnia ſignificatiua. Dicunt ſe ad regionem Chriſtianam conuerſos à Candace (cuius in Actis Apoſt. memoria eſt) Regina, quam Iudith vocatam putant. Habent librum in octo partes diſtinctum, quem Manda & Abetilis vocant; hunc ab omnibus ſimul Hieroſolymæ vnà congregatis Apoſtolis, ſcriptum aſſerunt; huius contenta omnia ſtudioſe admodum obſeruant. Plebs bigama ferè eſt; hoc eſt, duas tréſve vxores impunè ducunt pro ratione facultatum, quibus eas alere poſſunt, ſed tales ab Eccleſiaſticis à templis arcentur. Diuortia quoque facere illis licet. Vaccinas carnes crudas ſanguine recenti tanquam iure aliquo tinctas, nobiles in delicijs habent. In toto Presbyteri Ioannis regno, æris moneralis vſus non eſt, ſed eius loco aurum purum infectumque penditur. Etiam ſal (ſed hoc non ſolùm in his regionibus, at per totam ferè Africam) rerum commutationibus inſeruit. Idem alicubi ferrum globuli forma expolitum facit. Sed piper in tanto apud eos eſt pretio, vt quodcunque quis mercari ſibi velit, pro eo redimere facile ſit. Habent hæ regiones, ferè omnis generis animalia & aues, vti ſunt elephantes, leones, tigrides, linces, taxos, ſimias, & cernos, (hoc contra veterum opinionem, qui negant Africam nutrire hoc animal) ſed toto ſexennio, quo Franciſcus Alnateſius his locis hæſit, vrſum neque cuniculum, carduelem neque cuculium, ſe vidiſſe ſcribit. Sunt his locis peculiare malum & lues, Locuſtæ, quarum tantus interdum excreſcit numerus, vt aërem obfuſcare videantur, tam denſis agminibus nunc hanc nunc illam prouinciam more hoſtium vaſtantes, vt omnem ſegetem, meſſemque deuorent, campoſque adeò depopulentur, vt incolæ ſæpe domicilia auita relinquere cibi penuria cogantur.

Digitized by Google




Digitized by Google

BARBARIA ET BILEDVLGERID.

REcentiores Africæ ſcriptores, qui Africam in quatuor partes diſtinguunt, hanc Barbariam primam appellant: ſtatuuntque illi ab ortu Solis Marmarica (quæ hodie Barcha dicitur) deſerta, ad montis vſque Atlantis partem hodie *Meies* vocatam. Hæc Africæ nobiliſſima pars hodie cenſetur, atque in quatuor regna, ſeu mauis, prouincias diuiditur; in Marochum nempe, Peſſam, Teleſinem, & Tunetem. Ab hominibus ſubfuſci coloris inhabitatur. Qui ciuitates incolunt, ſunt in Architectura, atque inuentione Mathematica mirè dexteri: quod quis facilè ex eorum artificioſis ſtructuris colligere poteſt. Probiſſimi (ſi Ioanni Leoni credendum eſt) ſunt, viris nullus illis fucus; ſimplicitatem atque veritatem non amplectentes modo, ſed & re ipſa comprobantes. Validiſſimi ſunt atque robuſtiſſimi, & inter hos præcipuè illi qui montes incolunt. Fidei omnium obſeruantiſſimi. Nulla gens magis vexatur zelotypia, adeò vt vel mori mallent, quàm ex vxoris parte, aliquam ferre contumeliam. Diuitiarum atque honoris auidi, obque id per vniuerſum ferè Orbem mercatum proficiſcuntur. Qui tentoria inhabitant, hoc eſt; qui pecorum curam gerunt, pij ſunt & animoſi, patientiſſimi, comes, œconomi, vitæque integritatis amantiſſimi, ſi quiquam alij. Sed cùm nemo ex omni parte beatus, habent & ſua vitia: nam Oppidani, quos diximus, multa ſuperbia tumidi ſunt, iracundi vt nihil ſupra, adeò vt vel minimam iniuriam duriſſimo (vt aiunt) inſculpant marmori. Ruricolis ruſticitas, atque morum ruditas tam in animo ſedet, vt vix exterus quiſquam illorum amicitiam ſibi conciliare poſſit. Simplicioris ſunt ingenij, plus ſatis fidei etiam impoſſibilia referentibus, adhibentes. Phyſicæ Philoſophiæ tam ignari, vt omnes naturæ operationes pro diuinis habeant. Nunquam niſi iracundè & Stentorea voce (vt dicitur) loqui videntur. Regionis pars quæ planitiem habet ſpatioſam, & quoſdam etiam colliculos. Maxima hîc fontium copia riuuliſque amœniſſimis irrigatur. Dactylorum, malorumque Punicorum feraciſſima; ſed frumenti non adeò fertilis; frugumque vbertate felix, ficuum & oliuarum copioſa. Mons Atlas frigidiſſimus & ſterilis, omnique ex parte nemoroſus, atque niuibus obſitus; omnia ferè totius Africæ flumina procreat. Frigus numquam hic adeò intenditur, vt quis ignem ob id accedere vellet. Autumni finis, tota hiems, bonaque veris pars impetuoſis plena ventis, quin & grandinibus, fulguribus, & tonitruis horridis interdum diſcruciantur, neque deeſt aliquibus in locis nix copioſa, &c. Sed accuratam harum regionum populorumque deſcriptionem, habes apud Ioannem Leonem Africanum, & Ludouicum Marmolium.


Digitized by Google



Digitized by Google

FEſſa, vt Marocchum, ab vrbe eiuſdem nominis, ſic appellatur. Hæc vrbs ſita eſt in regni huius meditullio. Conditam ferunt circa annum Domini DCCLXXXVI. hanc metropolim totius Mauritaniæ dicunt, vulgoque Aulam totius Occidentis cognominant. Duabus vijs fluuius oppidum intrat, in duas namque eſt diuiſus partes. Moxque in vrbem collapſus in infinitas ferè, per quoſdam aquæ ductus ſeſe ſpargit, ac per ſingulas ferè domos, per templa, hoſpitia & xenodochia ſeſe diffundit. Deinde per foricas percurrens, totius ciuitatis ſordes ſecum trahit. Templa atque oratoria hic ſeptingenteſimum ferè complent numerum. Inter quæ reperias L. magnifica templa ſuis inſtructa fonticulis. Summum templum tantæ eſt magnitudinis, vt in circuitu ſeſquimiliare ferè contineat. XXXI. habet viſendæ magnitudinis atque altitudinis portas. Marocchum non hodie, vt olim, ſed diminuta pluſquam ex tertia parte veteris ſui circuitus, ita quod difficillimè, per veteres plateas incedere liceat, propter magnam ruinam domorum deſtructarum, & iam in his locis ſic vacuatis palmæ & horti reperiuntur. Eſt & hic arx pulchra viſu, & Palatium Regium, quod Manſor Rex, ibi extrui iuſſit, vt quaſi magna Ciuitas videatur, & magis hic iam ab Incolis habitatur locus. Taradantum quoque hic vrbs antiqua, vbi olim locitenens Regis Feſſæ, habitare ſolet, & noſtro tempore emporium celebre domorum numerat circiter tria millia. Non longè ab hac, altera maritima, nuncupata Meſſa quæ templum habet, haud procul à mari, cui religioſiſſimè fauent. Sunt enim qui Ionam Propheram à piſce hic eiectum, cùm ad Niniuitas prædicationis cauſa miſſus eſſet, affirment. Huius templi tigni, ex balænarum coſtis ſunt.

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX TABVLARVM.

A.

Abyssinorum Regio 132
Aegyptus 130
Africa 4
America 5
Ancona 95
Andaluſia 14
Andegauenſium Ducatus 25
Anglia 6
Aſia 3
Aprutium 97
Apulia 98
Aſia Minor 129
Arteſia 52
Auriacus Principatus 35
Auſtria 65.

B.

Barbaria 133
Bauaria 67
Belgica 44
Bituriges 23
Bleſienſe territorium 28
Bohemia 65
Brabantia 48
Brandeburg. Marcha 61
Brixia 76
Britannia 19
Burgundia Comitatus 40
Burgundiæ Ducatus 41.

C.

Caletes & Bononienſes 30
Campania 36
Candia vel Creta 109
Carthaginenſis Portus 131
Cenomani 21
China 123
Comenſis Lacus 83
Corcyra vel Corſu 104
Corſica 101
Crema 81
Cremona 80
Cyprus 110.

D.

Dania 57
Delphinatus 38.

E.

Europa 2.

F.

Francia Inſula 26
Flandria 53
Feſſe regnum 134
Florentinum Dominium 86
Forum Iulij 73
Francia 62
Friſia 56

G.

Gades 11
Gallia 17
Gaſconia 18
Geldria 46
Germania 43
Gracia 108.

Hann-

Digitized by Google

H.

Hannonia 51
Heluetia 70
Hibernia 8
Hiſpania 10
Hiſtria 105
Hollandia 55
Hungaria 111.

I.

Iapponia 124
Illyricum 107
Iſlandia 120
India 125
Iſchia inſula 102
Italia 72.

L.

Larius lacus 83
Leodienſis Diœceſis 47
Lemouicum 29
Languedocum 37
Limania 24
Lithuania 121
Liuonia 116
Lotharingia 39
Lutzenburgum Ducatus 45.

M.

Malta vel Melita 103
Mediolanenſis Ducatus 79
Miſnia 60
Monaſterienſis Diœceſis. 59
Moſcouia 121
Marocchi 134.

N.

Namurcum Comitatus 50
Natolia 129
Neapolitanum Regnum 96
Noricum vel Nortgoia 68
Normannia 20
Norwegia 119
Nouus Orbis 5.

O.

Orbis Terrarum 1
Orbis Nouus 5
Oruietum 91
Oſwieczimenſis Duc. 118.

P.

Palæſtina 128
Patauinum territ. 75
Pedemontium 82
Perſia 126
Peruſia 90
Picardia 32
Pictauia 22
Polonia 114
Pomerania 117
Portugallia 13
Presbyteri Ioan. Imp. 125
Prouincia 33
Prußia 115.

R.

Romanum territ. 84
Romania 113
Rußia 121.

S.

Sabaudia 34
Saliburgenſis Diœceſis. 66
Sardinia. 100
Saxonia 60
Scotia

Digitized by Google

Scotia 7
Sclauonia 107
Sebenicum 106
Senenſe territ. 94
Septentrionales Regiones 119
Sicilia 99
Sileſia 64
Suedia 119.

T.

Tartaria 122
Tercera 9
Terra Sancta 128
Thietmarſia 58
Tirolis Comitatus 71
Tranſiluania 112
Tunetum 133
Turonis 27
Tuſcia 85
Turcicum Imperium 127
Turingia 60.

V.

Valentie Regnum 15
Veromandui 31
Veronenſe territ. 74
VVeſtphalia 59
VVindorum Regiones 104
VVirtemburgum 69.

Z.

Zara 106
Zatorienſis Ducatus 118
Zelandia 54.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX TABVLARVM QVÆ RECENTER HVIC OPERI ACCESSERVNT.

Bononiense Territorium. 78
Catalonia. 16
Ferraria. 87
Galicia. 12
Lacus Lemanus. 42
Liguria, siue Ora Genuensis. 92
Limburgum. 49
Parmæ & Placentiæ Ducatus. 93
Romandiola. 88
Vicentinum Territorium. 77
Vrbini Ducatus. 89.

Digitized by Google

APPROBATIO.

Epithomica hæc descriptio Orbis terrarum ABRAHAMI ORTELII de nouo recognita, aucta, & Geographicâ ratione restaurata, nouisque æneis figuris exornata per M. Michaëlem Coignetum Andouerpianum, huius nostri æui Mathematicum celeberrimum, nihil habet Ecclesiæ Catholicæ Romanæ contrarium, quam typo vtilissimam dignissimamque esse censeo hac 19. Kalend. Septemb. 1601.

Guilielmus Lucas S. Theol. Licentiatus, Ecclesiæ Cath. B. Mariæ Antuerpiensis Canonicus.

Tabulas & descriptiones, quæ recenter huic operi accesserunt, de mandato Reuerendissimi D. Episcopi Antuerpien. visitaui & approbaui pridie Idus Februarij. 1609.

Ioannes Hamelarius Canonicus Cath. Ecel. Antuerpien.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.

ARchiducum priuilegio cautum eſt, ne quis intra annos duodecim citra voluntatem Ioan. Bapt. Vrintij chalcographi Antuerpienſis, hunc librum, cui titulus eſt; *Epitome orbis terrarum Abrahami Ortelij de nouo recognita, aucta, & geographicâ ratione reſtaurata à Michaële Coigneto Mathematico Antuerpiano, nouisque æneis figuris exornata*, vllo modo imprimat aut alibi impreſſum in ſuas Regiones importet. Qui ſecus faxit graui pœnâ multabitur: vt latius patet in literis datis Bruxellæ die primâ Iunij, 1601.

Signat.

I. de Buſchere.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google